# DIFFICILIMAE [!] JURIS FEUDALIS CONTROVERSIAE, IN UTRAMQUE PARTEM...

Johann Rudinger, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 A
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13. 1. 6. 21

13-1, 6, 57

35 C
35 11

# DIFFICILIMÆ JURIS FEUDALIS *Controverſiæ,*

*IN UTRAMQUE PARTEM REſolutæ & ſummâ diligentiâ enucleatæ,*

à

JOHANNE RUDINGERO J. U. D.

Opus, tum in Schola, tum in Foro verſantibus, ad decidendas graviſſimas & quotidianas Quæſtiones, apprimè neceſſarium & utile:

*Nunc primùm typis divulgatum.*

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV




*ARGENTORATI.*

Sumptib. Lazari Zetzneri, Bibliopol.

ANNO M DC VIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

# ILLUSTRIBUS ET GENEROSIS DOMINIS DN.

JOHANNI ADAMO, & Dn. JOHANNI ALBRECHTO, à Wolffſtein / Liberis Baronibus in Obern Sultzburg / Dominis in Pirnbaum &c. Fratribus germanis, Dominis ſuis clementibus, & honorandis

*Salutem & felicitatem precor*

*JOHANNES RUDINGERUS, D.*

QUamvis, Illuſtres ac Generoſi Barones, Conſuetudines Feudorũ inter decreta Impp. Codici inſertæ, lectu vix dignæ videantur, quoniam in iis non ſolum diſſoluta, obſcura, & barbara dictio reperitur, ſed etiam, quia omnia ſunt confuſa, & una res ſæpius iteratur, ac contrariis ſcitis oppugnatur, ut formã artis propè nullam habeant; Tamen propterea hujus juris tractatio, ut pote rei publicæ utilis, in cujus fundamentis Sacri Romani Imperii robur & vires unicè conſiſtunt, nõ poſthabenda. Hinc de hoc jure Feudorum propter manife-

ſtam illorũ utilitatem plurimi libri Feudiſtici extant, ut fermè in nullâ magis re & noſtra & ſuperiora aliquot ſecula elaboraſſe videantur. Et quidem non pauci in hunc libellum feudalem juxta ſeriem titulorũ partim Summis ſuis, partim Commentariis, ſcripſerunt: Alii hanc doctrinam ſub Epitome & Compendio elaborârunt ut quilibet eo ceu diario uti poſſit: Quibusdã ſtudio fuit, quæſtiones feudales controverſas longioribus diſputationibus, multarumq; autoritatum allegationib. in utramquè partẽ enucleare, donec veritas diu quæſita tandem appareat, vel quid in unaquaquè probabile, ſequendumquè ſit, latere diutius non poſſit, quorum induſtria non immeritò commendatur. Verum cum in uſibus Fendorum præter alia vitia, quæ in iis animadvertuntur tanta locorum diſcrepantia occurrat, ut & ob id hoc jus hodie fluctuet, adeoquè, teſtimonio Nobiliſſimi JCti Dn. Hartmanni Piſtoris, adverſiſſimis opinionibus exundet, operæ precium me facturum exiſtimavi, ſi dum in ocio verſari licuerit,

cuerit, præcipua loca feudalia, & inſigniores quæſtiones, quæ controverſa, & notatu digna videntur, ad Tyronum juris negoçium promovendum, pro viribus in hunc libellum colligerem. Et cum optimâ ratione à ſuperioris ætatis hominibus inſtitutum ſit, ne ſcriptorũ ſuorum monumenta, quibus jam finem impoſuiſſent, ſine Principis alicujus tutela adverſus obtrectatorũ morſus divulganda in publicum exirent, illos imitari, & tenuiſſimo huic labori defenſorem adjungere vix auſus ſum. Atqui, Illuſtres & Generoſi Barones, ſub felici nominis veſtri auſpicio operam hanc meam qualemcumquè in publicum prodire tutiſſimum cenſui, quando Heroicæ veſtræ virtutes, in quibus & patris, Majorumquè veſtorum fortes imitatores eſtis, apud nos frequentes celebratæ ſunt. Huic igitur labori aſpirate fructusquè ingenii mei æquis animis in tutelam accipere (quod quidem ego in præſentiarum magni beneficii loco reponam) non dedignemini, perpendendo non minus eſſe regium parva li-

benter & promtè accipere. quam magna tribuere, ut Xerxem Perſarum Regem dixiſſe ſolitum accepimus. Sic enim futurum ſpero, ut me mei laboris non pœniteat, atque alii ad juvandam Rempubl. & ad Tyronum juris negocium promovendum fortaſſe majori induſtria, & præclarioribus monumentis accendantur. Deus Opt: Max: qui populosurbesque regit, pacemque togatam Ill. Gen. veſtram incolumem, florentem & beatam Reipubl. Chriſtianæ quàm diutiſſimè conſervet. Crailsheimii Menſe Majo. Anno 1608.

NOn dubito, Candide lector, quin hæ noſtræ controverſiæ juris Feudalis in lucem emiſſæ, tibi mirationem faciant, quoniam ante me fuerunt, qui hoc ipſum argumenti genus accuratè pertractârunt. Sed cum illi in hoc ipſo ſcribendi genere, dum uniuscujusquè opinionis ſingula fundamenta, rationes & innumeras Dd allegationes, non ſine exiguo labore congregare elaborârunt, nimiâ prolixitate uſi ſint, ſtudioſæ verò juventuti brevitas gratior ſit, rem illc non ingratam me facturam cenſui ſi controverſa quædam loca, & quæſtiones juris Feudalis brevi compendio intermiſſis ſinuoſis ambagibus, à me hactenus reſolutas in unum libellum redigerem, & in publicum tandem illa afferrem, non eo ſanè conſilio, quia me ex illis aliquam gloriam conſecuturũ ſperarem, ſed ut Tyrones juris noſtri eò facilius intelligere queant, quanta opinionum Feudiſtarum differentia de controverſiis feudalibus reperiatur, quibus fundamentis & rationibus quæquè opinio potiſſimum nitatur, quæ deniquè opinio communiter recepta, & in judiciis obſervari ſoleat. Quare benignè velim optime lector hoc meum gratificandi ſtudium boni conſulas. Vale feliciſſimè.

# TITULI CONTROVERSIARUM juris Feudalis.

## JOHANNIS RUDINGERI, D.

### De Origine & Autoritate Feudi.

*DE origine Feudorum* cap. I.
*A quibus jus Feudorum ſit conſcriptum* cap. III.
*Liber Feudorũ an ſit Authenticus*, cap. II.
*Conſuetudines Feudorum num æquè ligent perſonas Eccleſiaſticas ac ſeculares* cap. LXXVIII.
*An in dubio præſumantur bona allodialia vel feudalia* cap. LXVII
*De Autoritate Titulorum Extraordinariorum* cap. XXIIII.

### DE SPECIEBUS ET DIVISIONIBUS Feudorum.

*An in dubio feudum præſumatur eſſe novum vel antiquum* cap. XXVII
*Feudum novum an poſſit concedi, ut feudum antiquum* cap. XXVI
*Utrum feudum ſimpliciter conceſſum præſumatur hereditarium, an verò ex pacto*

*cto & providentia* cap. XXVIII
*Feudum conceſſum pro ſe & ſuis qualiter intelligatur* cap. XXIX
*Num feuda dividi poſſint* cap. LI
*An unus Vaſallum ad diviſionem feudi provocans, ceteros etiam invitos cogere poſſit* cap. LII

## Qui feudum dare poſſint.

*An quilibet paterfam. bona ſua patrimonialia in feudum dare poſſit* cap. XXV
*An conſuetudine induci poſſit, ut clericus ante prohibitionem Urbani pontificis nō dare ſolitus, feudum dare poſſit* cap. LXXX. num. 1.
*Num minor 25. annis inveſtituram ac feudum alicui tribuere poſſit* cap. XXXIX
*Fœmina num feudum dare poſſit* cap. XXXVIII
*Utrum prælatus rem Eccleſiaſticam infeudari ſolitam ſine conſenſu Capituli in feudum dare valeat* cap. LXXIX
*Quando res Eccleſiaſtica dicatur ſolita infeudari* cap. LXXX
*Num prælatus feudum quod ad Eccleſiam redierit conſanguineis ſuis æquè ac extraneis concedere poſſit* cap. LXXXI

Qui accipiant feuda.

*An ſervo rectè detur feudum cap. XXII*
*An Eccleſia & Monaſterium poſſint habere feuda cap. LXXXII*
*An clericus feudum accipere poſſit cap. LXXXIII*
*Spurii de feudo novo num inveſtiri poſſint cap. LIX*
*Utrum uſus fructus feudi filio fam. conceſſi patri an verò filio acquiratur cap. XLII*

Quæ res in feudum dari poſſint.

*Num res mobilis in feudũ dari poſſit c. V.*
*Fructus pendentes an in feudũ dari poſſint cap. LXV*

De inveſtitura Feudi.

*De effectu inveſtituræ abuſivæ cap. IX*
*Utrum per abuſivam inveſtituram dominium utile in vaſallũ transferatur cap. IX. num. 6.*
*Num inveſtitura de feudo non aperto valeat cap. XI*
*Si inveſtitura ſup feudo certæ perſonæ fiat, an in conceſſione ejuſmodi conſenſus poſſeſſoris vaſalli neceſſarius ſit. c. XI. n. VII*
*An in feudo ſpes conditionalis inveſtituræ ad heredes tranſeat cap. XII*
*Duobus de feudo diverſo tempore inveſti-*

*tis, quis eorum præferatur* cap. X.
*Pares Curiæ ſi abſint tempore inveſtituræ num expectandi* cap. XLIX.
*Utrũ in inveſtitura quæ fit à clerico de feudo novo adhibendi ſint Pares Curiæ* cap. LXXXIIII
*An Dominus compelli poſſit officio judicis ad faciendum inſtrumentum vaſallo conceſſionis feudi* cap. XLVIII
*Utrũ inveſtituræ inſtrumentum ſive breve teſtatum ſit de ſubſtantia inveſtituræ* cap. XLVIII
*Si feudũ ad Dominũ reverſũ eſt propter lineã finitã, anne Dominus proximioribus agnatis illud cõcedere teneatur* c. LXVI
*Renovatio inveſtituræ intra annum & diẽ peti debet* cap. VI
*Tẽpus petendæ inveſtituræ quando currat* (c. VII
*Utrum de bonis feudalibus Laudemiũ Domino perſolvi debeat* cap. LXXIII
*Si vaſallus habẽs feudũ aliũ ſubinfeudârit legitimè & deinde mortuus, an Dominus ſubinfeudatum, ſi ſervire velit, inveſtire teneatur* cap. XIX

De juramento fidelitatis.

*An fidelitas pacto remitti poſſit* cap. XLIII
*Qualiter omnes heredes vaſalli defuncti ſi-*

*delitatem Domino jurare debeant cap. LVI*

*Si Dominus feudi moriatur plurib. relictis heredibus an omnibus juramentum fidelitatis præſtandum cap. LVII*

## De ſervitiis præſtandis.

*Num vaſallus Dominum in omni bello adjuvare teneatur cap. LVIII*

*An in tantum vaſallus Domino adjuvandum ſit alligatus, ut ſalutem Domini ſui ſaluti propriæ præponere teneatur cap. XXXVII*

*Qualiter vaſallus plurib. heredibus domini ſervitia præſtet cap. LVII. num. 14.*

*Plures heredes unum feudum poſſidentes, qualiter ſervitia præſtabunt cap LVI. num. 12.*

*Cujus ſumtibus & expenſis vaſallus Domino ſervitia præſtet cap. L*

## De ſucceſſione Feudi.

*An vaſallus de re feudali teſtari poſſit cap. XXX.*

*Si feudum in teſtamento relictum non debeatur, num ejus æſtimatio debebitur cap. XXXI.*

De

De ſucceſſione aſcendentium cap. XXXIIII
An Filius exheredatus in feudo ſuccedat cap. XIV
Legitimati filii num in feudo ſuccedant cap. XVI.
Mutus, ſurdus, vel aliàs imperfectus an ad ſucceſſionem feudalem admittatur cap. XVIII.
Fratrum Filii ſoli, quomodo in feudis ſuccedant cap. LIIII
Ad quem uſquè gradum Tranſverſales ad ſucceſſionem feudi ſint admittendi cap. XXXV.
Num clericus in feudo ſuccedat cap. LXXXVI.
Equites Hieroſolymitani Rhodienſes, Teutonici & ſimilium ordinum num ad ſucceſſionem Feudorum admitti debeant cap. LXXXVII.
An feudum acceptum ut filii & filiæ ſuccedant admittant fœminas cum maſculis ſimul ad ſucceſſionem feudi cap. IV. num. 1.
Fœmina per maſculum ſemel excluſa, num perpetuò ſit excluſa cap. IV. num. 6.
An in feudo emto fœminæ ſuccedant cap. XXXII.

An

*An in feudo Franco fœminæ ſuccedant cap. XXXIII*

*Filius adoptinus an in feudo ſuccedat cap. LV*

*Hermaphroditus num in feudo ſuccedat cap. XXXVI*

*Feudi poſſeſſio an continuetur ipſo jure in filium cap. LXX*

*Num filiabus ex feudo legitima debeatur cap. LXI*

De jure quod vaſallus in feudo habet.

*De Tranſactione vaſalli cap. VIII*

*An vaſallus prædio feudali ſervitutem realem imponere poſſit cap. XXI*

*An vaſallus in prædio feudali uſumfr. alteri conſtituere poſſit cap. XLVI*

*Num feudum locari poſſit cap. LIII*

*Num feudum in dotem dari poſſit à vaſallo cap. LX*

*Num feudum oppignorari poſſit cap. LXVIII*

*Dominus conſentiens oppignorationi feudi, utrum eo poſtea ad ipſum devoluto debitum perſolvere teneatur cap. LXIX*

De Amiſſione feudi.

*Vaſallus alienans partem feudi an omni jure ſuo cadat cap. XL*

*An*

*An cadat feudo, qui caſtrum Domini ignorans dominum in eo eſſe oppugnavit cap. XLI*

*Vaſallus malè tractans ſubditos feudi, an feudo privandus ſit cap. XVII*

*Si vaſallus occidat convaſallum, num feudum amittat cap. LXXIV*

*Num vaſallus annuũ cenſum per trienniũ ſolvere ceſſans, feudo privetur c. LXXV*

*Num vaſallus alienans feudum, ſi poſſeſſionem alienatam ſtatim recuperat, caducitatis pœnam evitet cap. LXXVII*

*Utrum clericus factus feudum acquiſitum retinere poſſit cap. LXXXV*

*Num vaſallus ipſo jure vel per ſententiam feudo privetur cap. LXXI*

*Prælati delictum an Eccleſiæ noceat cap. LXXXII. num. 5.*

## De remiſſione Culpæ.

*Remiſſio offenſæ an feudi naturam mutet cap. LXXVI*

*An morte Domini felonia extinguatur cap. LXI.*

*Au morte vaſalli felonia exſpiret c. LXIII*

*Utrũ Dominus cenſeatur vaſallo ingratidinem*

*tudinẽ remiſiſſe, ſi ſervitia à vaſallo recipiat cap. LXXXVIII.*

De Fructibus Feudi.

*Fructus feudorum feudo amiſſo ad quem pertineant cap. LXXII.*

De Domino feudi.

*Dominus vaſallo invito jus ſuũ, quod in feudo habet alienare nequit cap. XLVII.*

*An Dominus ſine conſenſu vaſalli feudum alienans ejus proprietatem amittat cap. XLVII. num. 6.*

Miſcellanea.

*Vacua poſſeſſio in jure Feudorum, quæ dicatur cap. XIII.*

*Morganatica quid dicatur cap. XV.*

*Filiorum appellatione an in Feudorum materia veniant nepotes, pronepotes cap. XX.*

*Heredis appellatione qui veniant jure Feudorum cap. XXIII.*

*Utrum in feudis alter alteri ſtipulari poſſit cap. LXIIII.*

*An vaſallus Dominum inopem alere teneatur cap. XLV.*

*An Vaſallus Dominum ſine venia in jus vocare poſſit cap. XLIIII.*

## Cap. I.

# DE ORIGINE FEUDORUM

Summaria

1 *Jus Feudorum antiquiſſimum eſt.*
2 *Varia reperitur origo Feudorum*
3 *Quidam feuda à jure Rom. derivant, ſed diverſimodè, num. 4. 8. 9. 10. 11.*
5 *Vaſalli dicuntur Clientuli.*
6 *Ius Romanum ad feuda non pertinet.*
7 *Differentia inter jus feudale & clientelare remiſſivè.*
12 *Feuda ſecundum nonnullos à Carolo M. deſcendunt.*
13 *Opinio Franc. Connani.*
14 *Communis opinio approbatur, & defenditur num. 15. 16. 17.*
18 *Quamdiu regnum Longobardorum in Italia duraverit.*

IUS Feudorum † antiquiſſimum 1
eſſe refertur initio libri Feudorum, ſed à quibus originem ſuam traxerit, certò demonſtrari non poteſt, † cum variæ introductæ reperiantur o- 2
piniones, & teſtimonio Franciſci Sonsbeccij nemo ferè ſcriptorum ſit, qui ſolidè ejus rei veritatem doceat, omnes conjecturare ſolent. † Pri- 3
mò ſunt, qui contendunt jus Feudorum dima-

naſſe à jure Romano, ſed diverſimodè. Nanque
Budæus *in l. Herennius π de evict.* Zas. *in l. 2. π*
*de orig Jur. & in Epit. feud. p. 1. num. 1.* Oldend.
4 *claſſ. 5. de act. benef.* † feuda ad clientelas Ro-
manorum referunt, quarum ſæpiſſimè fit men-
tio in jure civili, ut in *l. ſi verò. 5. §. ſi quis. 1. π de*
*his qui effud. vel dejec. l. non dubito 7. §. liber. 1.*
*π d. capt. & poſtlim. rev. l. ſi libertus 89. π de furt.*
*L. qui penum 3. §. ſed quod 6. π de pen. leg. l. rem*
*non novam 14. §. patroni. 1. C. de judic. & paſſim.*
5 † plerumque enim vaſalli dicuntur clientuli,
ut in *c. 1. ibi, per religionem clientuli. de content.*
*int. dom. & fidel. de inveſt. feud. 1. F. 10. c. ſi clien-*
6 *tulus. de alien. Feud. 1. F. 13.* † Sed jus Romanum
ad feuda non pertinere expreſsè deciditur in *c. 1.*
*de feud. cognit. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. in*
7 *pr. num. 14.* † Et quantũ interſit inter jus clien-
telare patronatus, ac feudale, quæ propter ſimi-
litudinem à pleriſque confuſa videmus; oſten-
dit Bodin. *1. de Repub. cap. 7.* Ardiz. *in ſum. Feud.*
*cap. 2. Sonsbec. de Feud. p. 1. n. 31.* Garz. *tr. de ex-*
8 *penſ. & meliorat. cap. 12. num. 3. & 4.* † Luc. de
Penn. *in l. quicunque 3. C. de omn. agr. deſert. lib.*
*11.* exiſtimat, conſuetudines Feudorum proflu-
xiſſe ab illis largitionibus prædiorum, quæ da-
bantur militibus, ut bello adeſſent, cum opus
eſſet, per. *§. per traditionem 40. Inſt. de rer. diviſ.*
exponens verbum *(ſtipendiaria)* de prædiis da-
tis militibus, ut ex eorum fructibus viverent
ſtipen-

ſtipendiorum nomine, & ut Reipub. ſervirent abſque alijs ſtipendiis. Quem refellit Guer. Piſ. Soac. *in prælud. Feud. cap. 4. n. 14 & ſeqq.* adde Weſemb. *in d. ſ. per traditionem.* † Taurellus *in* 9
*lib. ſing. de milit.* feuda reponit ad agros imperij extremos, quos Principes aliquando militibus adſignare ſolebant, ut inde ſeſe ſuſtentarent. Sed minus rectè *Garz. d. cap. 12. num. 18. Soac. d. cap. 4. num. 17.* † Haloand. *in Nov. 53. & 97.* & Vigil. 10
*ad rubr. Inſt. de mil. teſtam. n. 22.* arbitrantur, feuda ſuum ortum ducere à Romanis militiis, quarum in Novell. & Conſtitut. crebrò fit mentio. Quib. reſpondet *Garz. n. 25. Soac. n. 11.* Naturam illarum militiarum perdoctè explicat Andr. Alciat. *in lib. 1. prætermiſ. verb. militia.*
Cujacius *in proleg. Feud. & lib. 8. obſ. 14.* quem 11
ſequitur Borch. *de Feud. cap. 2. n. 12.* retulit feuda ad ea, quæ de hominibus in jure civili prodita ſunt. Sed Vaſallos cum illis non eſſe conferendos inde apparet, quod in jure civ. appellatione hominum frequentius contineantur ſervi. *arg. l. Mævius 66. ſ. non idem 3. ff. de legat. 2. l. cum certus 13. ff. de legat. 1. l. cum Stichus 29. ff. de ſoc.* quamvis eorum appellatione etiam contineantur liberi, utputa procuratores, actores, conductores prædiorum & alij. *l. un. C. de conduct. & procur. l. 1. C. de dignit. lib. 12.* qui poſſeſſionem tenent propter penſionem, vel propter adminiſtrationem. Atqui vaſallorum con-

ditio planè libera & militaris eſt, non poſſident rem feudalem propter onus militiæ, & præſtant fidem ad bellum, propter quam feuda inſtituta ſunt. *1. F. 1. in f. c. 1. §. ſimiliter. de Leg. Corrad.* Propria enim & perpetua Vaſallorum conditio eſt, ut ſimulatque bellum indicatur, cum armis & equis militaribus præſtò ſuis patronis ſint. †

12 Deinde ſunt, qui autumant, Carolum M. primum in Italia Feudorum fuiſſe autorem *Ferrar. 1. Feud. 1. Thom. Frantz. in defens. pro Carolo M.* Verùm multis ante Caroli M. ætatem annis fit mentio Legis Longobardicæ, ut *tit. 58. lib. 2. Feud. de not. Feud. tit. 39. de alien. pat. feud §. ſed non eſt conſuetudo. lib. 2.* Et tempore Pipini Regis, ante Caroli M. ætatem Feuda in uſu fuiſſe tradit exemplo Thaſſilonis Bavariæ Ducis *Otho Friſing. lib. 5. Chron. c. 20. Peucer. lib. 3. Chron. Car.* † Tertiò opinatur Franc. Connanus *com. jur. civ. cap. 9. lib. 2.* Feudorum mores à Gallis veniſſe ad Germanos, Italos, aliosque Europæ populos ex Cæſare *lib. 3. de bell. Gall.* ubi de Gallis ita inquit, *qui opibus inter eos valerent, multos habuiſſe devotos, quos ſecum in bellum ducerent, Soldurios ſua lingua vocatos, quorum hæc erat conditio, ut omnibus in vita commodis, unà cum his fruerentur, quorum ſe amicitiæ dediſſent, quod ſi quid his per vim accidiſſet, aut eundem caſum ferrent ipſi, aut mortem ſibi conſciſcerent.* Quem errare demonſtrat *Bodin. d. cap. 7. fol. mihi 88.*

13

*hi. 88.* Soac. *d. cap. 4. num. 13.* † Verius & pro- 14
babilius eſt, jus Feudorum ex jure Longobardorum, qui circiter annum Chriſti 568. imperante Juſtino II. Imp. Italiam invaſerunt, ibique peculiare regnum in ea Italiæ parte, quæ eſt inter Alpes & Apenninum, conſtituerũt, deſcendiſſe, & ante Longobardorum in Italiam incurſiones ignotum fuiſſe. Interim non nego, Longobardos in conſtituendis feudis quædam à Romanis mutuatos eſſe. Et hæc opinio communi calculo recepta eſt. *Jacob. de Belvis. in cap. 1. & ibi Mart. Laud. num. 24. 1. F 1. Duar. cap. 3. n. 4. de Feud. & lib. 2. cap. 2. de benef.* † ac probat illam 15
hiſtoria, cuius Epitomen recitat Carion & Melancht. *lib. 3. Chron. tit. de Longobard.* Et Peucer *lib. 4. Chron. tit. de Carolo M.* † firmaturq; quòd 16
in pluribus locis juris feudalis Legum Longobardicarum fit mentio, ut *in d. cap. 1. de Feud. cognit. c. 1. de content. int. dom. & fid. 1. F. 10. c. 1. in ill. qui interf. frat. dom. 2. F. 37. c. 1. §. ſed non ſt alia conſuetudo, de alien. feud. 2. F. 39. c. 1. de c. Corrad. & aliis in locis.* † Accedit, quod pleraq; 17
vocabula in uſibus Feudorũ ex Idiomate Longobardico deſumta ſunt, de quibus *Hottom. c. . diſp. feud. Borch. d. c. 2. n. 15. & ſeqq.* Hinc argumentum Longobardis magis, quàm Romanis originem Feudorum accepto ferendam *Weſemb. de feud. cap 3. Arnold. Bart. in Epiſt. dedicat. Nunc feudal.* † Tenuerunt verò Longobardi 18

regnum in Italia annos ducentos & quatuor, & incidit finis illius regni in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum tertium, Reges quos habuerunt in Italia ordine enumerat Carion & Melancht. *in loco præall.*

## CAP. II.

## LIBER FEUDORUM AN SIT Authenticus.

Summaria.

1 *Hoſtienſis juri Feudorum nullam tribuit autoritatem*

2 *Librum Feudorum eſſe authenticum communiter volunt Interpp.*

3 *Liber feudorum quando Corpori juris inſertus, Et in ſcholis publicè legi cœpit.*

1 QUamvis ſcriptum reliquit Hoſtienſ. *in tit. de immun. Eccleſ.* jus Conſuetudinarium nullam habere authoritatem, quod & Bellamera ſenſit, quem allegat Zas. *in Prælud. Feud. num.* 3. quoniam illud jus abolitum eſt, poſtquã titulus Regis Lombardiæ periit *arg. l. 2. §. exactis 16. π. de orig. jur. l. decernimus 16. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & conſuetudo locum ubi viget, non egreditur, *l. an in totum. 3. C. de ædific. priv. l. ult. C. de teſtam.* Imò, quod liber Feudorum à privatis ſaltem viris, quibus Legis condendæ non fuerit autoritas, eſt collectus, in quo ius barbarum,

rum,& varia locorum diſcrepantia animadver-
titur. † Contraria tamẽ opinio, nimirùm, quòd 2
Conſuetudines Feudorum ſint authenticæ, ita
ut in Scholis legi & in judicijs ad deciſiones
cauſarum allegari poſſint, communiter appro-
bata eſt, ut atteſtatur Marant. *in aur. ſpec. part. 3. num. 84. & omnes Dd. ita tenere tàm ultra montes, quàm citra montes refert ex Jacob. de Beluiſ.* Clarus *§. feudum. quæſt. 3.* Namquè illæ Con-
ſuetudines ex approbatione Friderici, aliorũq;
Impp. ut oſtendunt tituli *lib. 2. Feud. de L. Corrad. de Capit. Corradi, de prohibit. feud. alienat. per Lothar. de prohib. feud. alien. per Frider.* &
Pontificum *cap. cæterum, c. novit. de judic. cap. gravem de ſent. excom. cap. ex tranſmiſſa. de for. comp.* Conſtitutionibus & decretis, atque taci-
to conſenſu populi per tempus, cuius non extat
memoria, in toto S. R. Imperio receptæ, & ap-
probatæ ſunt, & idcircò per omnia vim Legis
generalis obtinent. *per L. de quibus 32 π. de legib. auth. jubemus. C. de judic. l. hoc jure 3. §. ductus aquæ π. de aqu. quotid. & æſt. c. ſuper quibusdam 26. §. præterea. de verb. ſign.* Mynſ. *1. obſ. 30.* Duar.
*cap. 1. n. 5. Feud.* Teſſaur. *decis pedem. 16 n. 4. Fach. c. 2. contr.* Piſ. Soac. *c. 1. de feud.* † Et ut jura 3
Feudorũ deſcriberentur legibus, & referrentur
inter decreta Impp. Codici inſerta, curavit Fri-
deri. II. qui & primus ea in ſcholis Bononiæ pu-
blicè legi juſſit, quod laboris Hugolinus primò

ſucepit. *not*. Peuc. *lib*. 5. *Chron. Car. tit. Frider. II. circ. fin. Ferrar*. 1. *Feud. c*. 2. Ab hinc hoc jus conſuetudinarium, ſemper in Scholis ſcientibus & non contra dicentibus Impp. publicè lectum eſt, ut ita neutiquam dubitandũ ſit, quin u poſſit ad deciſiones cauſarum allegari, cum uſus tanti temporis non minorem habeat effectum, quàm conſenſus expreſſus, per jura prædicta. Oldend. *claſ*. 5. *action. tit. de benefic. action. fol. mihi*. 739.

## Cap. III.

## A QUIBUS JUS FEUDORUM conſcriptum.

Summaria.

1 *Compilatores juris Feudalis ſecundum Cujacij opinionem ſunt Gerhardus & Obertus*

2 *Alia opinio*

3 *Autor juris Feudalis incertus eſt.*

4 *Jus Feudale dicitur Rapſodia.*

5 *Gerhardus & Obertus ſapientes, & Conſules Mediolanenſes fuerunt.*

INter omnes convenit, privatos homines fuiſſe, qui has Conſuetudines Feudorum ſine ulla legis condendæ autoritate conſcripſerint, ſed illi qui fuerint, diſſidentes ſunt Interpp. opi-
1 niones. † Cujacius *in proleg. Feud.* cui adſtipulatur Borch. *cap*. 2. *num*. 28. *tr. Feud*. & alij complures

lures, librum primum Feudorũ adſcribit Gerardo Nigro *per c. 1. de feud. dat. invic. L. Commiß. ubi reprobando traditur, quod Lex commiſſoria, in feudis locum non habeat, ſicuti nec in pignoribus obtinet. L. ult. C. de pact. pign.* & hoc ſimiliter Gerhardo adſcribitur *in cap. 1. §. pen. de capit. qui cur. vend. 2. F. 51.* Librum verò ſecundum & tertium, qui incipit tit. 23. *in quib. cau. feud. amit. lib. 2.* attribuit Oberto de Orto ex inſcriptione *lib. 2. & per c. 1. §. illud tamen. qu. prim. cau. benef. amit.* ubi Obertus inquit, ſe alium libellum ſcripſiſſe, referendo ſeſe ad lib. 1. Feudor. † Alij ſentiunt librum Feudorum per 2
ſolum Obertum de Orto compilatum fuiſſe, propterea, quod in *tit. de feud. cognit. & in d. tit. in quib. cau. feud. amit.* ipſe ſolus intitulatur. Molin. *in conſuet. Paris. tit. 1. n. 46.* Marant in *prax. part. 3. num. 84.* Weſemb. *in procem. feud. num. 2.* † Rectius tradit Duar. *de feud. cap. 1.* 3
*num. 4.* Hottom. *in præfat. Feud.* & Ferrar. *lib. 1. Feud. cap. 3.* Conſuetudines feudorum ab incerto autore eſſe collectas, non etiam ab Oberto & Gerhardo. Etenim quemadmodum in Digeſtis multa ex Ulpiano, Juliano, Paulo, & alijs dictis referuntur, qui tamen non ſunt Autores Digeſtorum, ita in uſibus Feud. quædam ex reſponſis Oberti & Gerhardi deſumta ſunt, & huc translata, ut capita allegata, quæ ideò non arguunt, Gerhardum & Obertum fuiſſe com-

4 pilatores juris Feudalis. † Eſt ergò liber Feudorum rapſodia quædam ex multis variorum Ictorum in foro Mediolanenſi verſantium reſponſis congeſta. Unde fit, quod tanta locorum diſcrepantia animadvertitur, quod uno titulo ſæpius res diverſæ farinæ tractantur, atque eadem res pluribus titulis ſubinde & ad nauſeam
5 uſquè repetitur. † Gerardus autem & Obertus ſub Imper. Friderico Mediolanenſis Civitatis conſules fuerunt, uti *ex Otthone Friſing.* demonſtrat Hottom. *in d. præfat.* H. Piſtor. *qu. feud. 34. num. 17.* Uterquè ſapiens appellatur *in cap. 1. ſi de feud. vaſal. ab aliqu. interpret. fuerit 2. Feud. tit. 25.*

## CAP. IV.

### DE INTELLECTU §. QUIN ETiam, Epiſc. vel Abbat. I. F. 6.

Summaria.

1 *An feudum acceptum, ut filij & filiæ ſuccedant admittat fœminas ſimul cum maſculis.*
2 *Ratio dubitandi.*
3 *Syllaba, &, in caſu § quin etiam, vim conjungendi non habet.*
4 *Fœmina in feudo ſuccedit nō extante maſculo.*
5 *Contrahentes ſecundum naturam rei & negotij egiſſe præſumuntur.*
6 *Fœmina per maſculū ſemel excluſa, num perpetuò ſit excluſa.*

7 *Ratio-*

*Rationes affirmantium & num. 8. 9.*
*Defenditur opinio negantium, & n. 11. 12.*
*Contrariis argumentis reſpondetur & n. 14. 15.*

VErba ſ. quinetiam, ſic ſe habent: *Quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, ut ejus ſcendentes maſculi & fœminæ, illud habere poſit, relicto maſculo, ulterius fœminæ non admitntur.* Ex quo ſ. duæ emergunt quæſtiones† 1
ima eſt, an feudum acceptum, ut filij & filiæ ccedant, admittat fœminas cum maſculis ſiul ad ſucceſſionem feudi? † Et dicendum vi- 2
tur, quod ſic, propter copulativam dictiom ET, quæ æqualiter conjungere ſolet. *l. ſi is Titio. 7 π de uſufr. accreſc. l. Titiæ textores. ſ nihil diſtat. 2. π de legat. 1. l. reos. 11 ſ. cum bulas. 1. π de duobus reis. l. triplici. 142. π. de rb. Sign. l. arbitraria 2. ſ. ſi quis ita 4. π de eo od cert. loc.* † Sed reſpondetur ad illud du- 3
ım, quod dictio ET, hoc in loco vim ſuam attat, & accipienda ſit ſucceſſivè ex natura ıdi. In tali enim conceſſione id adjectũ intelliur, quod eſt de natura rei, de qua agitur. Aſt tura feudi eſt, quod ubi fæmina ex pacto ad cceſſionem feudi admittitur, intelligatur adiſſa atque vocata ordine ſucceſſivo, † ita ut 4
mina ſuccedat non extante maſculo *tex. not. c. 1. ſ. filia verò, & ibi FF. de ſucceſſ. feud.* Hinc lgatum juris Feudalis axioma traditur, quod icunque eſt actum maſculum & fœminam in feu-

in feudis ſuccedere, tunc fœmina ſuccedit nō existente maſculo, ex eo, qui primus de feudo inveſtiturā accepit. *c. 1. de eo. qui ſib. vel her. ſu. maſc. vel fœm. 2 F. 17.* Laud. & Belviſ. *in d. ſ. quin etiā.*
5 † Et huic Feudorū naturæ tam concedens quàm acquirens feudū ſeſe conformare voluiſſe cenſentur. *l. ſi ſtipulatus 4. verſ. verū π uſur. l. damni 18. ſ 9. π. de damn. inf. l. quidē 132. π de verb. obl.* Alciat. *lib. 1. de verb. ſignif.* Phœder *d. LL. interp. fol. 81* Propter hanc tacitam ergò & præſumtā eorum mentem copula ET vim ſuam amittit, & in alium ſenſum, qui congruere poteſt, immutatur, ut ordinis habeat denotationem. *L. 28 Gallus. ſ. 1. π de lib. & poſth.* Baro à Tautenb. *in d. ſ. quinetiam num. 2* Joan. Pet. de Ferrar. *Form. lib. quo agit. ad revocat. feud. verb. nec ſuperſtitibus. num. 2.* vide Hottom. *in com. ad d. tit. Epiſc. vel Abb. verb. non admittuntur.* Everh. *in Topic.*
6 *legal. loc. ab. ord. num. 4.* † Altera quæſtio, hæc eſt. Quidam recepit feudum pro ſe & heredibus ſuis maſculis & fæminis, & inveſtitus deceſſit, relictis uno maſculo & una fœmina ſed maſculus patris inveſtituram accepit, & deceſſit ſine herede, quæſitum eſt! An fœmina per maſculum ſemel excluſa, in perpetuum maneat excluſa? De hac quæſtione ſollicitè tractant Feudiſtę: plurimi fœminā ſemel excluſam ſem-
7 per manere excluſam contendunt, † moti primò, quod *in d. ſ. quin etiam* expreſſa ſint verba

*(ulterius*

*lterius fœminæ non admittuntur*) quaſi dicat tus, ſi quis feudum ita accepit, ut eius deſcen- ntes maſculi & fœminæ illud haberent, & ſi aſculus ſemel ſucceſſerit, tum fœminæ am- ius ad ſucceſſionem illius feudi non admit- ntur, ſed penitus excluſæ ſunt. Dictio enim *erius* vox eſt excluſiva. *L. ſicut in rem 3. ibi, llius movendi ulterius facultatem concedimus. de præſcript. 30. vel 40. annor.* † Secundo mo- 8
ntur ex verbis finalibus *d. tit. Epiſ. vel Abb. : & his omnibus caſibus feudum amittitur, & dominum revertitur.* Ex quibus verbis duo lliguntur, unum quod feudum amittatur, quo què amiſſo, ampliusnè jus aliquod ſupererit? erum, quod revertatur ad dominum, quo re- verſo ampliusnè regreſſum habebit? † Tertiò 9
matur hæc ſententia ex eo, quod jus ſemel ex- ctum impoſterum reviviſcere nequeat *l. et- n 3. ſ. ſi capitis. 9. π. de bon. libert.* At jus ſuc- dendi in fœmina per maſculi exiſtentiam ſe- l extinctum eſt. Ergo. Reliqua argumenta ibus hæc opinio nititur, collecta tenet Hie- n. Garzon. *in tr. de fœm. ad feud. recip. vel non m. 37.* & Fachin. *lib. 7. contro. v. cap. 45.* quos ſi bet vide. † Verùm hæc opinio mihi probabi- 10
vix videtur, ut cum multis propterea in con- rium deſcendo, exiſtimans, fœminam non npliciter excluſam videri, ſed ſecundum quid amdiu ſcilicet maſculus extiterit, *per text. in*

*c. 1. ſ.*

*c. 1. ſ. filia. de ſucceſſ. feud. in c. 1. de eo, qui ſib. vel hered. ſu. maſc. 2. F. 17. in cap. 1. de duob. fratrib. à capit. inveſt. 2. F. 18.* quib. in locis legitur, fœminam ex pacto ac ſucceſſionem feudi admitti fi-
11 lijs non extantibus. † Deinde talis fœmina venit ex providentia primi inveſtiti. & maximè, quia veriſimile, & rationi naturali magis conſentaneum eſt, patrem qui feudum ea lege accepit, ut heredes eius maſculi & fœminæ ſuccederent, voluiſſe providere, ut non exiſtentibus maſculis fœminæ ad ſucceſſionem admitterentur ſecundum naturam & diſpoſitionem juris feudalis, & ſi forſitan contingeret, filium decedere ſine legitimo herede maſculo, ut illud feudum ad filiam potius, quàm ad dominum reverteretur *d. cap. 1. de duob. fratrib. à Cap. inveſt. arg. d. l. Gallus 28. ſ. 1. l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicom.* Namque aliâs neceſſe non fuiſſet filiæ eiuſmodi pacto providere, cum benè ſciret, ad alium feudum pervenire non poſſe, ni-
12 ſi ad filium vel dominum. † Quin imò, ſi Vaſallus, tempore, quo inveſtituram accepit, ſpecialiter fuiſſet interrogatus, ſi filius ſine herede maſculo deceſſerit, an tunc ſoror ſuccedere deberet? Procul dubio reſponſurus fuiſſet, filiam deficiente maſculo ſuccedere debere. *arg. l. tale pactum 40. ſ. fin. π de pact. l. ſi pactum. 9. in fin. de probationibus.* Ex quo ſequitur, quod in diſpoſitione *ſ. quinetiam.* verba (*ulterius non admit-*

*dmittuntur*) ſecundum quid ſint accipienda,
delicet, de non ulterius admittendo, quamdiu
aſculus ſupererit, ut ita ſenſus ſit: exiſtente
aſculo non ſuccedit fœmina, mortuo autem
aſculo fœmina ſuccedit. *d. c. 1. §. filia. d. c. 1.*
*eo qui ſib. vel her. ſu. maſc. & fœm. 2. F. 17.* Illa
gò dictio *Ulterius* nõ penitus removet fœmi-
m, ſed tantummodo ad certũ tempus ſuſpen-
t, veluti dictio *donec*, de qua *in d. tit. 17.* Quæ
ntentia humanior, & tàm juri ſcripto, quàm
turali æquitati convenientior eſt. Laud. *in d.*
*quinetiam.* Mynſ. *5. obſ. 74 n.* 8. H. Piſtor. *qu.*
*id. 36.* ubi priorem opinionem ut communẽ,
aximam iniquitatem in ſe continere, & nulla
obabili ratione eſſe ſuffultã ſcribit. † Ut & ea 13
æ ſupra pro contraria opinione adducta fue-
nt, diluantur, dico primùm, quod vocabulum
*terius* huic intellectui noſtro non adverſetur,
enim πολύσημον *l. cum duobus 52. §. idẽ reſpon-*
*. 9. π. pro ſoc. l. cum ultra quod accepit 9. C. de*
*num. pec. l. properandũ 13. §. 1. C. de judic. c. li-*
*e. ext. de dilat.* & in caſu *d. §. quinetiã.* ſecundũ
d accipiendũ eſt, ut modò dictum. † Ad alte- 14
n argumentũ reſpondeo, quod verba finalia
*t. 6* ad diſpoſitionẽ *§. quinetiã* propter ratio-
ſuperiùs cõſideratas, nõ ſint referenda, ſeries
m juſtæ ordinationis ſententiarũ non minus
llo titulo, ac in alijs deſideratur. † Nec obeſt 15
tiuni, quia hîc jus ſucceſſionis, quòd fœminis
pacto inveſtituræ iam antea quæſitũ eſt, non

extinguitur, ſed ſuſpenſum eſt, quamdiu ſcilicet illud impedimentum, quod facit, ut quis nõ admittatur, ſupereſt. Ad reliqua contrariæ opinionis argumenta reſpondet Piſtor. *in d. qu. 36. num. 29. & ſeqq.* quem ſi lubet, vide.

## CAP. V.

## NUM RES MOBILIS PER CAUTIonem in feudum concedi poſſit.

Summaria.

1 *Adferuntur argumenta pro opinione affirmativa & num. 3. 4. 5.*
2 *Feudum dicitur uſusfructus quidam*
6 *Res mobiles ſub cautione in feudum dari non poſſunt.*
7 *Res immobilis, cuius dominium directum apud concedentem remanet, eſt de ſubſtantia feudi, & num. 9.*
8 *Res mobiles uſu conſumuntur*
10 *Reſponſiones ad contraria, & num. 11. 13. 14.*
12 *Subrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati.*

NON deſunt, qui diſputant rem mobilem, ſi excipiens in caſum amiſſionis feudi de
1 reſtitutione ſatisdet, in feudum dari poſſe, † ad exemplum uſusfr. qui & in rebus mobilibus ſub cautione conſiſtit. *§. conſtituitur. 2. Inſt. de uſufr. l. ſi cuius 13. π eod. l. 1. & ſeqq. π de uſufr. 79. π ad L. Falcid.* Jacob de Ardiz, *in ſum. Feud. cap. 27.*

Cum

um feudum nihil aliud ſit, quàm quippiam
onſimile uſufructui *cap. 1. §. imprimis, in quib.
auſ. feud. amit. 2. F. 23.* † Hinc genus feudi eſ- 2
e uſumfructum quendam Feudiſtæ communi-
er docent, atteſtante. Borch. *c. 1, num. 13. Feud.*
ail. *2. obſ. 155. num. 3. & lib. 1. de pac. publ. cap.*
*4. num. 10.* Roſenth. *de feud. cap. 1. concl. 6.* † Et 3
hanc opinionem producitur ſecundò textus
*c. 1. à pr. ibi, vel aliud eiuſdē bonitatis ſeu quan-*
*tatis ei præſtetur, de inveſt. de re alie. fact. 2. F.*
*& tex. in c. 1, in illis verbis; vel nummos in feu-*
*um dandos numeret, ſi de feud. Vaſal. ab alio in-*
*rpel. 2 F. 25.* Quæ verba referenda eſſe cenſent
l pecuniam, & inde colligunt, pecuniam, quæ
ter res mobiles refertur *l. fin. C. de conſt. pecun.*
*moventium 93. ff. de verb. ſignif.* in feudum da-
poſſe ſi intervenerit cautio. † Tertiò huic o- 4
nioni opitulatur, quod rei mobilis quoquè
nſtitui poſſit fidelitas. Fidelitas autem eſt de
bſtantia feudi, cui verò ſubſtantia rei alterius
buitur, eidem etiam res ipſa. Quod ſi res ipſa;
nnè utiq; & feudum.? † Quartò accedit, quod 5
am feudum Cameræ & Cavenæ conſiſtit in
bus mobilibus, puta in pecunia & frumento
*. de not. Feud. 2. F. 58.* † Verum hiſce atque 6
is id genus non obſtantibus, dicendum eſt, res
obiles, & ſe moventes, quæ uſu conſumun-
r ad feudi formam recipiendam ineptas eſſe,
amſi cautio uſufructuaria præſtatur, per e

preſſum textum *in c. 1. §. ſciendũ. de feud. cogn.*
7 *& in d. c. 1. §. inprimis.* † Namquè ut res immobilis in feudũ concedatur, cuius proprietas penes dominum remaneat, uſusfr. autem in accipientẽ tranſeat, de ſubſtantia feudi eſt, ſine qua feudũ conſiſtere non poteſt. Curt. *de feud. part. 1. q. pr. 6. ſub tit. quid ſit feud.* Joan Ferrat. *lib. 1. Feud. cap. 5.* Jacobin de S. Georg. *tr. feud. verb.*
8 *inveſtivi talem. num. 10.* † Atqui proprietas rerum, quæ uſu conſumuntur eſt penes excipientem. not. *L. ſi vini 7. π. de uſufr. ear. rer.* ſiquidem ſi uſus illarum alteri conceditur, neceſſe eſt omne dominium in accipientem transferri, quoniam utendo his rebus aut alienatur proprietas, ut pecuniæ aſſidua permutatione: aut conſumitur, ut fit in vino, frumento, oleo & id genus aliis, quorum nullus uſus eſt, niſi in abuſu, hoc eſt, ſubſtantiæ abſumtione. text. *in d. l. ſi vini, & t. t. π. de uſufr. ear. rer. & ibi* We-
9 ſembec. *in π. num. 2.* † Nec cautio interveniens tantum operari poteſt, ut res mobilis contra ſubſtantiam feudi pro re immobili habeatur: deficiente enim ſubſtantia, deficit ſubſtantiatum *L. Julianus 9. §. ſed ſi quis rem 3. π. ad exhib. l. inde etiam 3. §. 13. ff. de itin. act. priv.* Quod ſi evenerit, ut res mobilis per cautionem in feudum concederetur, negociũ in aliud genus contractus tranſit. *l. Inſulam 6. ff. de præ-*
10 *ſcript. verb. l. pen. C. de rer. permut.* † Ex his, quas pro-

:otulimus, non erit difficile reſpondere ad ra-
ones contrarias. Nam ad primum quod atti-
et argumentum, quo dicitur feudũ eſſe inſtar
ſusfructus, qui & in rebus mobilibus præſtita
autione conſiſtit, reſpondetur, Vaſallum pro-
tereâ quodammodo comparari uſufructuario,
uia feudum Vaſallo eatenus ſaltem, quamdiu
ſurâ huius vitæ fruitur, ad inſtar uſusfr. qui per-
ſonæ cohæret, conceſſum videtur *d. c. 1. §. inpri-
nis.* † Ad textus *in c. 1. tit. 8. & in c. 1. tit. 25. lib. 2.* 11
*Feud.* reſpondeo, quod illi ſint intelligendi de
pecunia danda Vaſallo, ut ea ſibi feudum aliud
æquivalens comparet, non ut pecunia ſit loco
rei feudalis. Non enim ſequitur, Dominus vaſal-
lum in evictione non defendens, cogitur num-
mos in feudum dandos numerare. Ergò illi
nummi ſunt feudales, per regulam juris vulga-
tam, qua dicitur, † ſubrogatum ſapere naturam 12
ſui ſubrogati *l. 1. §. hæc actio 10. ff. ſi is qui teſtam.
lib. eſſ. juſſ. l. ſi cum. 10. §. qui injuriarum 2. ff. ſi
quis caut. in jud.* Etenim iſta regula limitatur,
quando diverſa qualitas eſt in ſurrogato *l. 1. §.
ſi quis autem. 13. ff. de ſucceſſ. edict. not.* Steph.
de Phœder. *de legib. interpret. mihi folio. 56.* Aſt
non eſt eadem ratio pecuniæ, ut quæ eſt res mo-
bilis & contra ſubſtantiam feudi, & rei ſoli
ſeu ſolo coherentis, quæ eſt ſecundum ſub-
ſtantiam feudi. † Tertiò huic ſententiæ 13
non refragatur, quod fidelitas etiam in rebus

mobilibus præſtatur. Nam ſi res mobilis datur pro fide, tunc aliud genus cõtractus exiſtit, quod
14 proprium nomen non habet. † Ultimò non obſtat, quod feudum Cameræ & Cavenæ conſiſtat in pecunia & frumento, quia ibi pecunia & frumentum non conſiderantur, ut ſubſtantia feudi. ſed ut fructus, qui quotannis ex Camera & Cavena Domini quaſi ex fundo præſtantur.

## CAP. VI.

## RENOVATIO INVESTITURÆ INtra annum & diem peti debet.

Summaria.

1 *Renovatio inveſtituræ petenda, quando perſona Domini vel Vaſalli mutatur.*
2 *Intellectus c. 1. 1. F. 22. multiplex eſt & n. 3 5.*
4 *Miles in jure feudali paſſim Vaſallus dicitur.*
6 *Verus intellectus d. c. 1. 1. F. 22.*
7 *Cur non intra annum, ſed intra annum & diem renovatio inveſtituræ petenda ſit.*
8 *In feudalibus quid obtineat, non cur obtineat, quærendum eſt.*

1 RENovationem inveſtituræ, † quæ toties neceſſaria eſt, quoties Domini aut Vaſalli perſona mutatur. *c. 1. qu. fuit prim. cau. benef. amit. c. Imperialem §. præterea ſi quis. de prohib. feud. alien. per Frid.* intra annum & diem peti debere, exprimitur in *c. 1. à pr. d. tit. qu. fuit prim. cau. ben. c. 1. à*

. *à pr. de L. Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. fin. de prohib.*
*d. alien. per Lothar. 2. F. 52. d. c. 1. §. præterea ſi*
*is.* Quibus textibus è diametro adverſatur
*:in c. 1. quo temp. mil. inveſt. pet. deb. 1. F. 22.* qui
ſerit, militẽ intra annũ & menſem inveſtiturã
tere debere. † Ad quẽ textũ à variis variè re- 2
ſponderi ſolet. † Communiter Interpp. diſtin- 3
unt inter Vaſallum privatum & militẽ revera
ilitantẽ, ita ut ille intra annũ & diem ſecundũ
xtus ſuperiores, hic verò intra annũ & mensẽ
xta *d. c. 1. quo tem. mil. inueſt.* renovationem in-
eſtituræ petere teneatur *Clar. §. feud. qu. 49. n. 2.*
lynſ. *cent. 5. obſ. 9. n. 1.* Hartm. Hartm. *tit. 54.*
*ſ. 11. n. 1* Schneid. *part. 5. nu 3. de Feud.* Baro à
auten. *in pr. d. t. quo temp. mil. n. 7. & in. c. 1. n. 7. v.*
*quæ fu. prim. cau. benef. amit.* Zaſ. *p. 7. n. 1. Epit.*
*eud.* Weſemb. *de feud. cap. 8. n. 3.* † Quæ diſtin- 4
io ſubſiſtere nequit, cum miles in uſibus Feu-
orum paſſim appelletur Vaſallus, & ita quoq;
xtus contrarius de quolibet vaſallo intelligẽ-
us erit. † Sunt, qui oppoſitum textũ corrigunt, 5
legendum eſſe monent intra annum & diẽ, ad
ormam textuũ ſuperiorũ Hottom. & Cuiac.
*. d. c. 1. quo temp. mil. inveſt. pet. deb.* Quæ cor-
ectio non probatur, cum leges ſint invicẽ con-
ordandæ & non corrigendæ *L. nã & poſteriores*
*. ff. de legib. l. un. C. de inof. dotib.* † Ego cum Ja- 6
ob. de Ardiz. *in ſum. feud. c. 72.* & Equin. Baron.
*d. c. 1. quo temp. mil.* ſentio, Frideric. Imp. annũ



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& diem generaliter conſtituere, ut meritò legẽ poſteriorem priori derogare dicendum ſit. *L. fin. ff. de conſtit. Prin. l 1. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. ſi ſervi 19. ff. de quæſtion. l. humanum 8. C. de legib. c. 1. de conſt. in 6.* Quod tempus & uſu magis admittitur not. Ferrar. *lib. 3 feud. c. 6.* P. de Gregor. *part.*
7 *8. qu. 16. de conceſſ. feud.* † Cur autẽ non intra annum & diem petenda ſit inveſtitura, non poſſe meliorem aſſignari rationẽ, quàm quòd ita moribus ſit receptũ, ſcribit Clar. *qu. 49. n. 1* Schneid. *d. p. 5. n. 5.* multa ſiquidẽ extant in hoc jure Feudorum, quorum certa ratio reddi nequit, atque eo ſolo ſunt ſubnixa, quod ita conſuetudine ſint recepta. Inde Baro à Tautenb. *in c. 1. an apud jud.*
8 *vel cur dom. 2. Feud. 46.* ſcriptũ rèliquit, † in feudal. quid obtineat, nõ cur obtineat, quæren. eſſe.

## CAP. VII.

### TEMPUS INVESTITURÆ PETENdæ quando currat.

Summaria.

1 *Tempus petendæ inveſtituræ currit ſcienti.*
2 *Dominus tenetur probare vaſallum ſciviſſe mortem domini.*

TEmpus petendi inveſtituram non incipit currere a die aditæ hereditatis, ut & in querela inoffícioſi teſtamenti *l. ſcimus 36. §. illud. 2.*
1 *C. de inoffic. teſt.* Sed à die quo vaſallus comperit

aut

it feudum ſibi quæſitum eſſe, aut priori domi-
o defuncto alium ſucceſſiſſe, *arg. L. bonorum 2.*
*qui adm. ad bon. poß. l. utile 2. §. 1. ff. quis ord. in*
*ſſ. ſerv. l. annuus. 6. in f. ff. de calumn.* & ita tem-
us petendæ inveſtituræ currit ſcienti non igno-
anti, *c. 1. §. fin. de prohib. feud. alien per Lothar.*
*c. 1. §. prætereà ſi quis. de prohib. feud. alien. per*
*rider.* dummodo non eſſet in craſſa & ſupina
norantia *c. 1. quo temp. mil. inveſt. 1. Feud. 22. &*
*n gl. d. §. prætereà ſi quis.* Gail. *2. obſ. 48. n. 8.* P. de
errar. *d. c. nec ſuperſtitibus, n. 24* hæc enim regu-
riter pro ſcientia habetur, ut notat gl. *in c. 1. §.*
*militer. verb. ſciens. quib. mod. feud. amit. & pro-*
*at. L. etſi conſenſum 15. §. ignorant. 1. ff. de contrah.*
*nt. l. nec ſupina. 6. ff. de jur. & fact. ignor.* † Et cũ 2
'aſallus in dubio non præſumatur ſcire mortẽ
omini, Domino incumbit probare ſcientiam,
dhoc ut currat tempus petendi inveſtiturã *L.*
*erius 21. ff. de probat.* Laudens. *ad d. tit. quo temp.*
*il. inveſt. pet. num. 20.* H. Hartm. *tit. de feud. 54.*
*bſ. 8. num. 8.* Clar. *d. quæſt. 49. n. 3.*

## Cap. VIII.

## DE TRANSACTIONE VASALLI

Summaria.

*An Vaſallus ſuper feudo tranſigere poſſit.*
*Dubitandi ratio.*
*Vaſallo tranſigere licet, modò tranſigendo non alienet feudum, num. 4.*
*Ratio ponitur, & num. 6.*

7 *Contrarium argumentum diluitur.*

1 NON ſatis expeditum eſt, † Si Vaſallus de feudo contendens jure ſuo diffidat, an cũ adverſario ſine licentia Domini tranſigere poſ-
2 ſit? Et cum tranſactio dicatur † ſpecies quædã alienationis. *l. non ſolùm 4. C. de præd. & ali. reb. min. l. 1. §. 1. π. de offic. proc. Cæſ. l. nulli. 13. π. de trãſacti.* Alienatio autem omnis Vaſallo interdicta *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. et per Frider.*
3 dicendum videtur, quod non. † Sed in contrarium eſt textus *in c. 1. §. ſi Vaſallus de beneficio. ſi de feud. defun. int. dom. & agn. 2. F. 26. & in c. 1. de controv. int. Vaſ. & ali. de benef. 2. F. 43.* qui tamen textus ſimpliciter intelligendi nõ ſunt, ſed quãdo Vaſallus ſuper feudo ſyncerè & abſq; fraude
4 ac colluſione tranſigit, & quidẽ † decidendi ratione, non etiã ut feudum in aliũ tranſeat. Qui intellectus cõmunis eſt. Joan Blan. *in c. Feud. lib. 2. c. 1. n. 100.* Cujac. *in d. §. ſi vaſal.* Clar. *§. feud. qu. 38.* vide Curt. *part. 4. n. 96.* qui circa tranſactionẽ
5 Vaſalli tres caſus diſtinguit. † Cujus ratio eſt, quod Domino reſpectu directi dominii nihil per Vaſalli tranſactionẽ decedere poterit, cũ res inter alios acta alteri non præjudicet. *l. ſæpè 53. à pr. π de re jud. t. 1. C. res int. alio. act. vel jud. alt. nõ*
6 *noc.* Gail. *de pig. c. 6. n. 3.* Wurmbſ. *tit. 22. obſ. 17.* † Quinimo ſuperioritas domini ullo modo alteri⁹ facto nõ debet attenuari, *c. 1. à pr. ibi maximè*

*attenua-*

*ttenuatas cognovimus, de pro. feud. alien. per Lo-
har*. Et ideo ipſi vaſallo, cui plenum jus in feu-
lo quæſitum non eſt, *d. tit. de controv. int. vaſal.
& al. de benef.* omnis alienatio bonorum feuda-
ium interdicta eſt *d. tit. 52. & tit. 55. de proh. feud.
l:en. per Frider.* † Nec quid obeſt, quod tranſa- 7
ſtio dicatur ſpecies quædam alienationis. Ete-
im Vaſallo tranſactio conceſſa eſt, quatenus
ranſigendo contra Legis prohibitionem præ-
lium feudale, quod ipſe poſſidet, in alium non
ransferat.

## CAP. IX.

## DE EFFECTU ABUSIVÆ INVEſtituræ

Summaria.

*Abuſiva inveſtitura quid.*

*Effectus hujus inveſtituræ ſunt duo. & num 5.*

*Taciturnitas voluntatem imitatur.*

*Poſſeſſio unius fundi feudalis totius feudi poſ-
ſeſſionem operatur.*

*Utrum dominium per abuſivam inveſtitu-
ram transferatur.*

*Enumerantur rationes affirmantium, & num.
8. 9. 10. 11.*

2 *Defenditur communis negantium opinio &
num. 15.*

3 *Differentia inter inveſtituram abuſivam &
propriam.*

4 *Dominium ſine poſſeſſione non acquiritur.*

16 *Inveſtitura abuſiva actionem perſonalem parit, ſi fiat in loco remoto. num.17.*
*Secus ſi fiat in re præſenti. num.18.*
19 *Refutantur contraria argumenta, & num.20. 21.22.23.*
24 *Dominus ad traditionem rei feudalis præciſè tenetur.*
25 *Neq; præſtando id quod intereſt, liberatur niſi fortè facultatem tradendi non habeat, num.25.*

1 ABuſiva † inveſtitura ſeu ceremonialis, uti vocatur ab Oldend. *claſ.5. act. tit. de benef. act.* dicitur, cum dominus baculum, gladium, haſtam, annulum vel aliud quid corporeũ tradens alicui dicat ſe eum hoc ſigno de feudo inveſtire; quæ quidẽ inveſtitura ita demum ſubſiſtet, ſi coram duobus Vaſallis (modò inveſtiens vaſallos habeat) legitimè concedatur. *c. 1. à pr. quid ſit inveſt. & ibi F F.* Verùm quem effectum ejuſmodi inveſtitura ſortiatur, ſæpè quæſitũ eſt?
2 † Et communiter ab interpretibus adferuntur effectus duo, primus eſt, quod illa inveſtito tribuat facultatem propria autoritate occupandi feudum, idque ex tacita voluntate Domini, *c.1. de conſuet. rect. feud 2. F 33. arg. L. ſi ex ſtipulatione 5. ff. de acq. poſſ. & ibi Cuiac.* Non enim ad hoc, ut quis poſſeſſionem nanciſcatur requiritur ut in poſſeſſionem ducatur: ſed ſufficit ſolum, ſi Domini voluntas ab initio adſit, & † eo ſciente ac tacente abuſivè
3

nveſtitus poſſeſſionem apprehendat *d. c. 1. de onſuet. rect. feud. arg. l. minus 2. C. de acquir. poſſ. ſi à te emero 16. ff. ſi ſeru. vind. Bald. in proœm. Feud. n. 24. & in tit. quid ſit inveſt. n. 3. Jacob. de S. Georg. & feud. verb. inveſtivi talem, num. 3. noviſſinè Dn. Obrecht. de feud. num. 5. & num. 202. c. 3.* Quod ita intelligendum, quando poſſeſſio eſet vacua: † Feudum ſi eſt amplum & opulentũ, 4
unius fundi principalioris poſſeſſionem ingredi ſufficit, ut per hanc ſit acquiſita totius feudi poſſeſſio. *arg. l. poſſideri 3. § 1. ff. de acq. vel amit. poſſ.* Zas. *de feud. part. 6. n. 29.* Mynſ. *cent. 3. obſ. 39.* Gail. 2. *obſ. 129. num. 6.* † Alter effectus abuſivæ 5
inveſtituræ admodum controverſus eſt, ſunt enim, qui diſputant, vaſallum abuſiva inveſtitura conſequi dominium utile, alii negant. Hinc quotidiana in ſcholis verſatur quæſtio, quæ inter privatos parietes ſæpè multumque agitari ſolet. † Utrum nempe per abuſivam 6
inveſtituram dominium utile (uti vocant) in vaſallum transferatur? Qui in affirmativam deſcendunt ſententiam, † Adducunt primò 7
*c. 1. de ſucceſſ. fratr. 2. F.* 11. & *c. 1. de conſu. rect. feud. 2. F. 33. c. 1. in f. de feud. cognit.* ubi dicitur, inveſtiturâ feudum acquiri, non igitur tantùm acquiritur feudi obligatio. † Deinde 8
in dictis locis comparantur inveſtitura & ſucceſſio. Conſtat autem ſucceſſione ipſo jure ſive traditione rei dominium tranſire in heredem

redem *l.cum heredes 23.à pr.ff.de acq.vel amit poſſ.* Idem igitur dicendum eſt de abuſiva inveſtitu-
9 ra. † Tertio adducitur *§ rei autem c.1.de inveſt. de re alie.fact.2. F.8.* qui generaliter ac indiſtinctè loquitur, Vaſallum de re feudali rectè inveſtitum à quolibet poſſidente poſſe eam vendicare. cui autẽ vendicatio competit, eum & dominium ejus rei, quam vendicat, habere neceſſe
10 eſt. *L.in ren.23.à pr.ff.de rei vend.* † Quartò adducitur textus extraordinarius *in c. de ingreſſu. 88.ibi: quicunq; igitur beneficium acquiſierit ſine*
11 *poſſeſſionis traditione.* † Quintò profertur ſimile argumentum ex jure civili, *ut l. clavibus 74. ff. de contrah. emt. § item ſi quis 46. Inſt. de rer diviſ.* ubi dicitur, dominium mercium venditarum per traditionem clavium in emtorem tranſire. Quemadmodum ergò traditione clavium dominium transfertur, ita & in abuſiva inveſtitura ſignorum interventu dominium transferri dicendum eſt. Petr.de Bella Pert. *de feud. c.14.*
12 *n.8.* Duar *c.7.num.6. Feud.* † Quorum opinio rectè communi Interpretum calculo exploſa eſt. Etenim textus eſt clarus in *c.1.quid ſit inveſt.* qui abuſivam inveſtituram à propria deſtinguit ratione poſſeſſionis, quæ huic conjuncta eſt, illi
13 abeſt. † Inde propria dicitur poſſeſſio in *d. tit. quid ſit inveſt.* à Baldo inveſtitura poſſeſſiva, in qua conſiſtit ſubſtantia poſſeſſionis *per l.poſſideri 3.§ ex contrario.5.ff.de acq.vel amit.poſſ.* Benè enim

enim dicitur inveſtitura cum traditione *c.* 1. *de inveſt. vet. & nov. benef.* Abuſiva verò inveſtitura non eſt poſita in ſubſtantia poſſeſſionis, ſed in quodam ſymbolo ſeu ſigno, quod ſit loco rei feudalis, ut ex definitione ſupra tradita conſtat, & à Bl. *in d. c.* 1. *num.* 3. *quid ſit inveſt.* vocatur inveſtitura ſignificativa. † Dominium autem ſine poſſeſſione acquiri non poſſe luculenter demonſtrat Hottom. *qu. ill.* 11. Cont. *lib. ſing. diſput. cap.* 8. † Et ſi per traditionem baculi, vel alterius rei corporalis transferretur dominium in alium ſine traditione, ad quid requireretur realis inveſtitura, de qua in *d. c. quid ſit inveſt.* † Eſt ergo abuſiva inveſtitura ſaltem titulus conceſſionis, qui Vaſallo nullum jus in re tribuit, ſed actionem perſonalem adverſus dominum ad traditionem vacuæ poſſeſſionis rei illius, de qua abuſivè inveſtitus eſt, parit *d. c.* 1. *à pr. & § ſi enim Domino adhuc in poſſeſſione conſtituto, quid ſit inveſt. c.* 1. *in f. de nov. form. fidel. c. ex ore. de his qu. fiunt à mai. part. c. per tuas de donat.* Diſtinguitur namque inter contractus perfectionem & conſummationem *tit. Inſt. de oblig. ex conſ. l. ſervum* 27. *C. de rei vend. l. ſi ager* 50. *ff. eod.* † Quæ concluſio procidit, quando abuſiva inveſtitura fit in loco remoto, tunc enim per illam non transfertur dominium, neque poſſeſſio rei feudalis, quoniam eſt in titulo conceſſionis, per quem ſolum neque dominium neque poſſeſſio

14 15 16 17

trans-

transfertur. † Et limitatur, ſi inveſtitura fiat in ipſa re, de qua dominus inveſtit, vel fiat in loco, in quo poteſt transferre poſſeſſionem duntaxat per inſpectionem oculorum. Quibus caſibus poſſeſſionem transferri probatur per *d. l. clavibus l. 1. § fin. l. quod meo 18. § ſi venditorem 2. ff. de acq. vel amit. poß.* Alciat *in l. traditionibus C. de pact.* Jacobin. *in d. verb. inveſtivi, num.* 3. Baro à Tautenb. *in d. tit. quid ſit inveſt. à pr. num. 2. & in cap. 1, ſi de inveſt. feud. cont* 1. *F. 4.* Mynſ. *4. obſ. 61. num. 4.* H. Hartm. *tit. de feud. 54. obſ. 6. num. 4.*

19 † His ita firmatis non obſtant argumenta, quæ ſupra pro contraria parte allata fuerunt. Nam primum locum habet in inveſtitura vera, poſt quam nulla amplius abuſiva fuerit opus *d. tit.*
20 *quid ſit inveſt.* † Ad ſecundum reſpondetur, quod ibi ſucceſſio & inveſtitura comparentur in feudo acquirendo. Ut enim feudum inveſtitura propriè dicta pleno jure acquiritur H. Hartm. *tit. 54. obſ. 9. num. 6* ita & ſucceſſione majorum providentia acquiſitum veteris inveſtituræ renovatione in poſteros devolvitur. Sed hinc non ſequitur: ſucceſſione ipſo jure dominium ſine traditione rei in heredem tranſit. Ergo & inveſtitura abuſiva. Quia hoc ſpeciale eſt in vltimis voluntatibus ob latiſſimam poteſtatem LL. 12. tab. teſtatoribus permiſſam,
12 quod in contractibus non obtinet. † Neque tertiò obſtat textus in *d. § rei autem*, cum ille

non

non de conſecuto ſolam abuſivam inveſtituram, ſed de eo ſit accipiendus, qui veram & propriam inveſtituram adeptus fuerit. Hic enim feudum ſuum ab alio occupatum tanquam dominus quaſi vindicabit. † Parùm 22
urget *c. de ingreſſu*, quarto loco adductum, quia illud non reperitur in vulgata & ordinaria editione, & ideò dicitur apocryphum cui credendũ non eſt, quando diverſum ſtatuitur in capitibus ordinariis. † Deniq; huic ſententiæ nec quicquam obſtat *d. l. clavibus & d. § item ſi quis.* Quia 23
ibi per traditionem clavium quæritur poſſeſſio, quando claves in præſentia rerum venditarum ſunt traditæ, puta apud horrea, in quibus merces conditæ fuerunt. Eodem modo & per abuſivam inveſtituram, ſi fieret in præſentia rei feudalis vel feudum inſpectione oculorum Vaſallo traderetur, transfertur poſſeſſio in vaſallum *arg. tex. in l. quod meo 18. § ſi venditorem 2. l. 1. §. fin. ff. de acq. poſſ.* de quib. caſib. quæſtio noſtra non loquitur, ſed quando fit inveſtitura abuſiva in loco remoto ut communiter fieri ſolet.
† Adeò autem hæc abuſiva inveſtitura obligat 24
inveſtientem, ut non tantùm ad ipſam rei beneficiatæ traditionem præciſè teneatur, ſed etiam omnem jacturam dilatæ poſſeſſionis præſtare cogatur *c. 1. § fin. & ibi* Laud. *de nov. form. fidel.* ubi habetur vocabulum (*omnimodò*) quod præciſam habet ſignificationẽ, *L. item ſi cum exce-*

ptione

*ptione 14 § quatenus. 10. & ibi gl. ff. quod met. cau. & eſt text. in c. 1. § ſi facta. ſi de feud. defunct. cont.* Ardiz. *cap. 41. Epit. feud.*
25 † Neque præſtando id quod intereſt liberatur, modò ipſe poſſideat, & tradendi facultatem habeat *d. c. 1. § ſi facta* Petr. de Bella Pert. *c. 13. n. 5. Feud.* P. de Ferrar. *form. lib. quo ag. ad revoc. feud. u. inveſtivit num 2.* Mynſ. *4. obſ. 61. nu. 4. & ſequ.* H. Hartm. *tit. 54. de feud. obſ. 7.* Quod ſi dominus tradendi facultatem non habuerit, tunc præſtando id quod intereſt liberabitur, ut ſentit *gl. in d. § ſi facta. & ibi* Aluar. arg. ejus, quod de venditore in jure civili traditur. *L. 1. ff. de act. emt. L. ex emto 11. § 9. eod. tit.* Bernard. Wurmbſ. *tit. 51. de feud. obſ. 8.*

## CAP. X.
## DUOBUS DE FEUDO DIVERSO tempore inveſtitis, quis eorum præferatur.

Summaria.

1 *In feudo potior eſt, cui poſſeſſio eſt tradita.*
2 *Inveſtiens primo inveſtito ad id quod intereſt tenetur.*
3 *Primum abuſivè inveſtitum nonnulli tuentur, contra ſecundo loco realiter inveſtitũ.*
4 *Reſpondetur ad illorum argumenta.*
5 *Alii diſtinguunt inter principem inveſtientem & privatum.*
6 *Reiicitur diſtinctio.*

Elegans

ELegans eſt quæſtio! Si duo in uno feudo ſeparatim inveſtiti ſunt, quis eorum præferatur? † Et poſteriorem inveſtitum cum traditione rei feudalis, priori abuſivè inveſtito præferri, verius eſt, *arg. l. quoties 15. ubi, ſi duobus res vendita fuerit, is potior habetur, qui poſſeſſionem eius rei adeptus fuerit. C. de rei vendic. L. ſi ea res 31. §. fin. π. de act. emt. l. ſi debitor 10. π. de pignor.* Ratio eſt, quia primo abuſivè inveſtito per inveſtituram nec dominium nec poſſeſſio, ſed actio ad rem tradendam acquiritur, per ea quæ in præcedenti capite ſunt dicta, & inveſtiens retinuit dominium *arg. d. l. quoties*, quod ad ſecundo loco inveſtitum cum traditione tranſtulit *text. not. in l. qui tibi 6. C. de hered. vel. act. vend.* Dominia ſiquidem rerum per traditionẽ tranſferuntur *L. traditionibus C. de pact.* Gabr. Roman, *lib. 3. com. concl. tit. de emt. vend. concl. 2. num. 3.* Arnold. de Reyg. *in addit. ad obſ. Mynſ. cent. 4. obſ. 61.* † Hac tamen ſpecie priori inveſtito obligatur dominus ad intereſſe dupliciter, vel ad ſolvendam pecuniam feudo æquivalentem, vel ad feudum conſimile, pariſquè æſtimationis præſtandum *arg. l. 1. pr. π. de act. emt. c. 1. à pr. de inveſt. de re alie. fact. 2. F. 8. c. 1. ſi de feud. Vaſal. ab aliq. interp. 2. F. 25.* † Huic ſententiæ contradicunt nonnulli ſtatuentes primum abuſivè inveſtitum potiorem eſſe poſteriori, qui propriam inveſtiturã accepit propter rationes

1 (beside "tur? † Et poſteriorem…") 2 (beside "cent. 4. obſ. 61. † Hac…") 3 (beside "Vaſal. ab aliq. … Huic ſententiæ")

ſequentes 1. Quia natura feudi requirit, ut jus ſemel quæſitum Vaſallo ſine juſta & legitima cauſa ipſi non auferatur, *c.1.quo temp.mil.inveſt. pet.deb.* deinde conſiderant *textus in c.1.§.fin. de nov.form.fidel. & in cap.1.§.ſi facta ſi de feud.def. cont.int.dom.& agn.2.F.26.* qui volunt, Dominum præcisè teneri Vaſallum in poſſeſſionem
4 mittere, Sichar. *ad d.L.quotiens, num.11.* † Sed ad has rationes facilis eſt reſponſio. Prima tùm rectè locum habet in jure plenè quæſito, quod adeptus eſt is, qui actualiter eſt miſſus in poſſeſſionem, & tunc dominus illud adimere, & alteri dare ſine juſta cauſa prohibetur. *c.1.de feud.ſin. culp. non amit. l.ſi dominus 2. à.pr.π. de his qui ſunt ſui vel alie.jur.* Minus adverſantur text. *in d. cap.1.§.fin. & in d.c.1.§.ſi facta.* quia procedunt, quando Dominus tradendi facultatem habet, at cum dominus alteri jam feudum tradiderit, ampliùs illi facultas tradendi non eſt, & ideò ad id quod intereſt, conveniri poteſt. *arg.d.l.1ff.de act.*
5 *emt.* † Non deſunt, qui diſtinguunt, utrum Princeps vel privatus inveſtierit, & priori caſu primum, ſecundo etiam poſſeſſionẽ nacto præferri volunt, quoniam Princeps dominiũ etiam abſq; traditione transfert *L.fin.C.de SS.Eccleſ.* neq; vivere ſecundum legũ præſcripta uti privatus tenetur *l.princ.π.de leg.* maximè cum beneficiũ quàm pleniſſimè interpretandum ſit. *L.pen.ff.de conſt.Prin.* Poſteriori caſu ſecundũ primo poſ-

ſeſſionem

ſeſſionem tamen non adepto præferri dicunt, per. d. l. quoties. † Quæ diſtinctio ſubſiſtere nequit, nam cum feudum per contractũ conſtituatur, dum mutuo conſenſu jus uſufr, in certis reb, certâ lege datur, & accipitur, & Princeps in cõtractibus cenſeatur uti velle jure communi, uti alius *l, 1, à pr. ff. de pact. c. 1. de probat*, Jacobin. de feud. *fol. mihi 45. num.* 4. Dd. *in l. digna vox. C. de legib.* præſumendum eſt, Principem ſecundum juris communis regulas & diſpoſitionem, feudũ concedere, & propterea in priorẽ abuſivè inveſtitum ſine traditione poſſeſſionẽ non transferre voluiſſe *L. ex facto 43. à. princ. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* feudũ enim licet alicui gratis concedatur, magis tamen accedit ad naturã contractus, quã ad naturã privilegii, Bald *in procem. Feud. n. 18.* Piſ. Soac. *c. 13. n. 3. de feud.* Conſequens ergò eſt, etſi feudum à Principe conceſſum fuerit, tamẽ eum qui poſſeſſionem adeptus eſt, eſſe præferendum illi, qui primo abuſivè fuit inveſtitus, Gail. *lib. 2. obſ. 55.* 6

## Cap. XI.

## NUM INVESTITURA DE FEUDO nondum aperto, valeat,

### Summaria.

1 *De ſucceſſione viventis paciſci prohibitum eſt jure civili.*

2 *Quæ ſit huius ratio & num. 3.*

4 *Inveſtitura de feudo nondum aperto valet, nec refert, an illud ſit certum vel incertum num. 6.*

5 *Ponitur ratio.*

7 *An in conceſſione feudi nondum aperti requiratur conſenſus poſſeſſoris Vaſalli.*

8 *Compilator juris contrarias recenſet opiniones.*

9 *Poſterior approbatur opinio.*

10 *Objectio.*

FRuctuoſa quæſtio eſt! An Dominus de feudo Vaſalli ſui adhuc viventis alium inveſtire poſſit? De hac quæſtione ſi ſecundum juris civilis diſpoſitionem judicandum foret, res non
1 levem haberet dubitationem. † Nam jure civili prohibitum eſt paciſci de ſucceſſione, & ſic de morte eius qui vivit. *L. cum duobus 52. §. idem reſpondit 9. ff. pro ſoc. L. pactum quod dotali 15. & L. fin. C. de pact. L. hereditas 5. C de pact. Convent. c. 2. de conceſſ. præb. L. ex eo inſtrumento 4. C. de inutil. ſtipul. l donari. 29. §. fin. ff. de donat. l. ſtipulatio hoc modo 61. ff. de verb. oblig. & ſimilibus.*
2 † Cum improbum ſit, de bonis viventis eſſe ſollicitum teſte Ulp. *in L moribus 2. §. interdum. 2. ff. de vulg & pup. ſubſt. L. ita tamen 26. §. à patre 4. ff. ad SC. Trebell. l. ſi quis mihi 25. §. an nominatim. 6. ff. de acq. vel amit. hered.* quemadmodum & caſum adverſamquè fortunam expectare liberi hominis neque civile eſt, neq; naturale, teſte

ceſte Icto in *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram rem . verſ. homo liber. ff. de verb oblig.* † Idquè eo ma- 3
gis, quia ejuſmodi conventiones odioſæ & plenæ triſtiſſimi & periculoſi eventus eſſe exiſtimantur, utpote quæ votum captandæ mortis inducunt *d. c. 2. de conceſſ. præb. d. l. fin. C. de pact. d. l. ex eo inſtrumento.* † Utut autem hæc ſeſe ha- 4
beant, tamen aliter jure Feudorum cautum reperitur. Etenim ſecundum illud Dominus feudum ſibi nondum apertum in eum eventũ, quo caducum fiat, alteri concedere poteſt, puta ſi Vaſallus ultimus ſit familiæ & agnationis ſuæ. *text. in c. 1. §. moribus ſi de feud. def. cont. int. dom. & agn. 2. F. 26. c. 1. qui ſucceſſ ten. 1. F. 3. c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. 1. F. 9. c. 1. de cler. qui inveſt. fec. & ibi Feudiſtæ. c. 1. §. ſi quis inveſtierit. de feud. dat. in vic. Leg. Com.* Quæ ſententia communiter ab interpp. approbata eſt, adeoquè & uſu obſervari ſolet. Laudenſ. *ad d. tit. de feud. dat. in vic. L. commiſſ. num. 8.* Borch. *c. 7. mod. 1. n. 18. de feud.* Gail. *2. obſ. 155. num. 3.* Clar. *d. §. feudum. qu. 14.* ibi in fine monet, Impp. & principes abſtinere debere ab ejuſmodi inveſtituris concedendis, ne inducant votũ captandæ mortis, & refert quoq; ſuo tempore contigiſſe in quodam Marchione ex primatibus Italiæ. † Rationem diverſitatis 5
hanc eſſe exiſtimo, quod dominus hoc in caſu alicui inveſtituram concędat non de bonis vaſalli: ſed potiùs de re ſua, quam tertius poſſidet,

diſponat, quod cuivis liberum eſt. *L. in re mandata. C. mand.* At pactum de futura ſucceſſionē adhuc viventis nec mortui, quod votũ captandæ mortis inducere videtur, plerumq́; de ea re initur, cujus dominium prorſus eſt alienum, ut mirũ non ſit, ſine voluntate Domini nihil de eo firmitur diſponi poſſe. Quam rationem adjuvat *L. qui fructus 25. l. fundi. 38. ff. de uſufr. leg. l. ut heredibus 50. ff. de legat. 2.* ubi dicitur: ſi alicui conceſſerim ad vitam uſumfr. me de eodē jure diſponere poſſe, ut poſt mortem eius ad alterum perveniat. Bald. *in c. 1. de feud. dat. invit. L. Commiſſ.* Atque hinc facilè reſponderi poteſt ad omnia illa, quæ ſuperius dubitationis movendæ
6 gratia adducta fuerunt. † Nec refert, an hoc in caſu veſtitura fiat ſuper feudo certæ perſonæ viventis, vel incertæ, ut ſi Dominus dicat: *Inveſtio te de primo feudo, quod ad me legitimè devolvetur, vel aperietur mihi.* Dominus enim generaliter poteſt quem inveſtire de feudo incerto, quod poſſeſſoris morte ſibi primum apertum fuerit.
7 *arg. L. ea verò. 3. §. de illo. ff. pro ſocio.* † Quæſtio hic occurrit! Si inveſtitura ſuper feudo certæ perſonæ fiat, an in conceſſione ejuſmodi conſenſus poſſeſſoris vaſalli neceſſarius ſit? Et re-
8 fert autor † *in d. c. 1. §. ſi quis inveſtierit. de feud. dat. in vic. L. Commiſſ.* Placentinos tenuiſſe, talem inveſtituram non valere, niſi primus inveſtitus conſentiat. Deinde refert, Mediolanenſes

ac Cre-

ac Cremonenſes tenuiſſe contrarium. Pro opinione Placentin. facit, quòd pacta de futura ſucceſſione improbentur per jura ſupra allata. Pro opinione verò Mediolanenſ. & Cremon. † quæ 9
communiter recepta, adducitur primò, quando in aliqua lege referuntur variæ opiniones, & autor illius legis expreſsè nullam reprobat, tunc ultima opinio amplectenda eſt, quæ præſumitur approbata tanquam ſua. Weſemb. *in procem. Feud.* Concord. *tex. in d. c. 1. §. moribus. 2. F. 26.* pro qua ſententia conſideratur illud vulgatum! Quod non nocet, & alteri prodeſt, de facili eſt concedendum *l. in creditore 38. ff. de evict. l. 1. §. denique. de aqu. plu. arc.* Atqui iſta ſecunda inveſtitura nihil nocet primo inveſtito. † Non 10
obſtat huic ſententiæ *c. 1. §. ſi quis fecerit.* ubi dicitur talem inveſtituram ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto haberi, *quo temp. mil. inveſt. pet. deb.* Quia ille §. intelligendus eſt, cum Dominus feudum à Vaſallo poſſeſſum alicui purè concedere velit. Hoc enim fieri non poterit, niſi accedente conſenſu poſſeſſoris. *d. §. ſi quis fecerit. & d. §. ſi quis inveſtierit.*

## CAP. XII.

### AN IN FEUDIS SPES CONDITIONALIS inveſtituræ ad heredes tranſeat?

Summaria.

1 *Spes conditionalis inveſtituræ ad heredes tranſit.*

2 *Heres domini inveſtientis aliquem de feudo adhuc viventis tenetur ratam habere inveſtituram, illo ante conditionem defuncto.*

3 *Quæ ſit ejus ratio.*

4 *Succeſſor perſonæ Eccleſiaſticæ ratam habere non cogitur inveſtituram de feudo viventis alicui conceſſam. Limitatur num. 6.7.*

5 *Quæ ſit huius ratio.*

8 *An ſucceſſor in dignitate Eccleſiaſtica inveſtituram ab anteceſſore factam cum conſenſu Capituli ratam habere teneatur: remiſſivè.*

9 *Inveſtitus in caſum mortis alterius, ſi ante hunc diem ſuum obierit, jus ex inveſtitura quæſitum ad hæredes tranſmittit.*

10 *Feudum contractui magis, quàm ultimæ voluntati æquiparatur.*

ERe eſt hic ſubjungere, utrum in feudis ſpes conditionalis inveſtituræ ad heredes tranſ-
1 eat? Et certi juris eſt, † ejuſmodi ſpem conditionalis inveſtituræ in heredes activè & paſſivè transmitti, *cap. 1. qui ſucceſſ. ten. c. 1. qui ſucceß. feud. dar. ten. §. ſub conditione. 4. verſ. ex condi-*
2 *tionali. Inſt. de verb. oblig.* Activè † ut ſi dominus, qui feudum alienum in caſum mortis poſſeſſoris alteri conceſſerat, ante poſſeſſorem debitum

bitum naturæ ſolverit, heres eius inveſtituram hanc facere, eamquè omnimodò adimplere tenetur. *cap. 1. §. moribus. ſi de feud. de f. conſit. int. dom. & agn. 2. F. 26. d. c. 1. qui ſucceſ. feud. dar. ten. c. 1. de cler. qui inveſt. fac.* † Cujus ea ratio eſt, 3
quod una quodammodo ſit perſona ſucceſſoris, & eius à quo hereditatem ſuſcepit. *pr. Nov 48.* Iccircò reſpectu aditæ hereditatis voluntatem defuncti ſuo conſenſu confirmare debet. *l. ſi patroni 55. §. qui fideicommiſſam 2. ff. ad SC. Trebell. l. ſi ab eo 7. C. de liber. cau.* contra factum enim defuncti heres regulariter venire non poteſt. *L. cum à matre. 14. C. de rei vend. l. ſi ab eo 7. C. de neg. geſt. l. ſi patri 24. C. de donat.* & regula eſt, quod ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debeat. *l. ex qua perſona 149. ff. de Reg. jur. Pomponius 13. §. cum quis. 1. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* Baro à Tautenb. *n. fin. d. tit. qui ſucceſ. ten.* Borch. *d. cap. 7. modo 1. num. 19.* H. Piſt. *qu. feud. 26.* † Aliud juris ſtatuitur in ſucceſſore in 4
dignitate Eccleſiaſtica. Nam ſi Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas vel Abbatiſſa inveſtituram eius feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut poſt deceſſum eius, qui poſſidet, habeat, & ante deceſſerit Archiepiſcopus, quam ille qui feudum poſſidebat, ſucceſſores eius non coguntur eam inveſtituram facere vel confirmare *d. c. 1. qui ſucceſ. ten. d. c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. d. c. 1. §. moribus. d. tit. de cler. qui inveſt.*

*c.1.§.ſi dominus quib. mod. feud. conſt.1. F.25.* †

5 Ratio hæc eſt, quod anteceſſor & ſucceſſor in hujuſmodi dignitatib. non cenſentur eadẽ perſona: namque hic non jure ſucceſſionis *c. apoſtolica 8. qu.1. c. ad decorem.5. de Inſtit.* ſed vel poſtulatione vel electione proprio jure ſuccedit *c. conſultationibus. 19. de jur. Patron.* Unde ſucceſſor, quia officii ſui cauſam à prædeceſſore ſuo nullam habet, ſed eandẽ electionis jure conſecutus eſt, prædeceſſoris ſui factum ratum habe-
6 re non cogitur, † niſi forſitan ille inveſtituram fecerit de bonis ſuis allodialibus, quo caſu eius ſucceſſor omnifariam cogitur eam adimplere *d. c. 1. de cler. qui inveſt. fac. d. cap. 1. §. moribus.* tunc enim Laico comparatur. *l. de his 3. C. de Epiſc. & cler.* Hottom. *in cap. 5. verſ. ſi verò qui*
7 *ſucceſſ. feud. dar. ten.* † vel niſi inveſtitus nomine eius feudi in poſſeſſionem miſſus ſit eo conſentiente, qui detinet, tunc enim inveſtitura abſoluta & conſummata eſt, & ideò ſucceſſor perſonæ Eccleſiaſticæ eam ratam habere tenetur. *d. cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. d. cap. 1. de cler. qui inveſt.* Schenck Baro *ad tit. qui ſucceſſ. ten. num. 9. & ibi* Bald. Onciac. *qu. Juriſp. 29.*
8 *num. 3.* † An autem ſucceſſor in dignitate Eccleſiaſtica inveſtituram ab anteceſſore cum conſenſu Capituli factam ratam habere teneatur, diſſerit Piſt. *qu. feud. 27. num. 4. & ſeqq.* & Jacob. Thoming. *in conſil. illi quæſtioni ſubjuncto.*

nčto. † Paſſivè tranſit ſpes conditionalis in- 9
eſtituræ ad hæredes, ut ſi is qui ſub conditione
iveſtitus fuit, vivente poſſeſſore feudi, atquè
ite conditionis eventum deceſſerit, nihilomi-
us jus ex inveſtitura quæſitũ ad heredes tran-
t, ita ut defuncto deinde poſſeſſore feudi, do-
iinus heredibus inveſtiti feudum concedere
bſtrictus ſit. *d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten. arg. §. ſub*
*nditione. verſ. ex conditionali.* contra *l. 1. §. ſi*
*uis ſub conditione 14. ff. ut legat. nom. cau. l. ſi di-*
*21. ff. qu. dies leg. eod.* ubi habetur legata con-
itionalia ante diem non tranſmitti. † Et ſic 10
ic notandum venit, feudum contractui magis
omparari, quàm ultimæ voluntati: quia ſpes
onditionalis in ultima voluntate ad heredes
ion tranſit. *l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis & legit. he-*
*ed.* Laudenſ. *in d. tit. qui ſucceſſ. ten.* Everhard.
*n Topic. legal.. loc. à. contract. ad ult. vol. num. 3.*
*erſ. decima.*

## CAP. XIII.

## VACUA POSSESSIO QUÆ DICATUR.

Summaria.

1 *Poſſeſſio quibus modis dicatur vacua de jure civili.*

2 *Quæ ſit vacua poſſeſſio de jure Feudorum*

VAcuæ poſſeſſionis mentio fit in *c. 1. §. fin. de nov. form. fidel.* & dicitur † de jure civili 1
vacans poſſeſſio variis modis, aut quia dominus
deceſ-

deceſſit ſine ſucceſſore, nec quiſquam omninò eius hereditatem adiit, aut quia dominus peregrè profectus fundum vacuū reliquit, aut quia præſens, nullam eius curam habuit. *§. quod autē 7. & ibi.* Theoph. Mynſing. *num. 6.* Azo *in ſum. n. 1. Inſt. de uſucap. l. ſi id quod 25. π. de acq. vel amit.*
2 *poſſeſ. l. fin. & ibi Dd. C. und. vi* † De jure Feudali poſſeſſio vacua intelligitur illa, quæ libera, non alteri conceſſa vel ab alio occupata, quàm ab eo, qui abuſivè apprehendentem inveſtivit, ut ita quidem vacua ſit reſpectu aliorū, quæ eadem vacua non eſt reſpectu inveſtientis. *arg. L. quod meo. 18. §. ſi venditorem. 2. π. de acquir poſſ. l. ſi in emtione 2. §. 1. π. de act. emt. l. cum res. 12. C. de probat. l. non iccirco. 12. C. de fid inſtrum.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 61. n. 4.* Weſemb *in explicat. d. l. non iccircò. & in π. ff. de eviction num. 2.*

## CAP. XIV.

## AN EXHEREDATUS IN FEUDO ſuccedat.

Summaria.

1 *Exheredatus ſecundum communem opinionē in feudo non ſuccedit, per rationes num. 2. 3. 4.*
5 *Huic opinioni refragatur jus Feudorum.*
6 *Defenditur affirmantium opinio.*
7 *Ejus eſt adimere, cujus eſt dare.*
8 *Contrariis argumentis reſpondetur, & n. 9. 10.*

Com-

COmmuniter Feudiſtæ tenent, filium à pa- 1
tre juſtè exheredatum feudum retinere
non poſſe. *arg. L. ſi patronus. 12 §. 4. π. de bon. libert. l. cum patronus 22. §. cum libertus 1. π. de oper. libert. l. ſi operarum 22. eod. Novell. 1. cap. 1. §. exheredatos 4.* quibus in locis exprimitur, juſtè exheredatum à ſucceſſione defuncti repelli.
† Cuius ratio eſt, quod exheredatus in numero 2
liberorum non cenſetur, quia exheredatione nomen ſui heredis amiſit. *L. filium 10. §. 1. π. de poſſ. con. tab. l. 1. §. conſanguineos. 10. π. de ſuis & legit. hered.* & ideò talis pro mortuo habetur. *l. 1. §. ſed etſi patruus. 5. ff. de conjung. cum emanc. liber.* † Moventur ſecundò, quod in jure Feu- 3
dorum pro regula traditur, quod ex quibus cauſis filius exheredatur, ex iiſdem quoquè feudo privetur *cap. 1. §. prædictis modis. qu. fu. prim. cau. bon. amit.* Et potiſſimum hanc opinionem procedere dicunt, ſi ea exheredatio eſſet ignominiæ causâ facta, propter quam filius in curia Domini ſtare non valeat. *cap. 1. an ill. qui interf. frat. dom.* Blanc. *in Epit. Feud. lib. 3. cap. 1. num. 11.* Zaſ. *part. 8. num. 8.* Duar. *cap. 14. num. 4. de feud.* Baro à Tautenb. *in §. & quia vidimus. nu. 19. 1. F. 1.* † Hanc opinionem ſuffulcit Pet. de 4
Gregor. *de conceſſ. feud. part. 4. quæſt. 7. num. 36.* hac ratione. Quia, ſicut pater in rebus, quas habet neceſſe filio relinquere dè nuptialibus lucris poteſt ipſum filium ingratum exheredare. *L. hac*

*edicta-*

*edictali 6. §.1. & l. fœminæ 3. & auth. hæ res C. de ſecund. nupt.* Ergò eodem modo & in feudo poterit filiũ ingratũ exheredare, licet illud habeat neceſſe relinquere filio ex formâ conceſſionis, arguendo à lucris nuptialibus ad feuda, quæ etiã commoda præmiorũ appellantur *per. text. in L. commodis 40. ff. de re jud.* Sic itaque tit. *de ſucceſſ. feud.* limitari debet, ut non procedat, quando filius eſſet ingratus & propter hoc eſſet legitimè
5 exheredatus. † Sed quoniã huic opinioni plurimum refragatur tex. *in d. c. 1. à pri. de ſucceſſ. feud.* ubi videmus, nullam ordinationẽ in teſtamento vel quavis ultima voluntate de feudo fieri poſſe, ego affirmantiũ opinioni ſubſcribo, qui aſſerũt, exheredatũ filium feudo ex pacto & providentiâ ſibi debito non ſpoliari. De ijs enim rebus tãtum teſtari licet, quæ ad hæredem non aliunde, quã ex teſtatoris atq; adeò ex teſtamenti beneficio perveniũt *L. ſi arrogator 22. ff. de adopt. l. quia*
2 *proinde 42. & l. ſi patroni 55. ff. ad SC. Trebell.* Conſequens hinc eſt, ſi filius à patre in teſtamento fuerit exheredatus, illam exheredationem ſaltem locũ habere in bonis allodialibus, nec ſe ad feudalia extendere, quæ diſpoſitioni Vaſalli non
3 ſubjacent. *d. c. 1. de ſucceſſ. feud.* † Eius enim eſt adimere, cujus & dare eſt, cuius dare, ejus & teſtamento relinquere. *arg. l. 1. C. de fund. dot.* Et ſi unus filiorum tale delictũ commiſiſſet, ex quo feudo privaretur, ſemper intelligitur Do-

nino

mino volente, & ſic exheredatio eſſet inanis, cũ etiam ſine illa Domino feudi volente ad ſucceſſionem feudi non admitteretur. *c. 1. §. inſuper de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. arg. d. §. prædictis modis.* Sonsb. *part. 9. n. 61.* Weſemb *c. 6. n. 9.* Schneid. *part. 6. c. 2. n. 27. de feud.* Vult. *1. Feud. cap. 9. n. 96.* † Non obſtant, quæ ſupra ex jure communi de filio exheredato fuerunt adducta, quia illa locum ſibi vendicant in rebus allodialibus, quæ propriæ fuère teſtatoris, non in alienis. Quilibet enim ſecundum jus commune qui expreſsè non prohibetur, de ſuis rebus teſtari poteſt *tit. Inſt. ff. & C. qui teſtam. fac. poſſ.* At de jure Feudorum Vaſallus quilibet de feudo teſtari prohibetur *ſæpè d. c. 1. de ſucceſſ. feud.* 8

9 † Ad *d. §. prædictis modis* reſpondetur, quod ibi ſit quæſtio de cauſis feudi amittendi, quando ex illis Vaſallus in dominum delinquit, quarum nonnullis enumeratis, cum autor animadverteret non poſſe omnes una regula definiri, ſubjicit: *Ex iiſdem cauſis feudum amitti, ex quibus quis jure civili poſſit exheredari, vel donatio facta revocari, aut matrimonium diſſolvi.*

10 † Nec quicquam facit argumentum, quod affert P. de Gregor. quia alia ratio eſt in lucris nuptialibus, alia in bonis feudalibus. Illa beneficio parentũ ad filios perveniunt, & iis dantur honore præcipuo ex lege, niſi fortè ſint ingrati. *d. auth. hæres. Nov. 22. c. 20.* Hæc dantur beneficio domini, de quibus Vaſallus quippiã diſponere aut

ordinare prohibetur, quia naturam ac proprietatem feudi immutare non poteſt.

## CAP. XV.

## EXPLICATUR VOCABULUM (*Morganatica:*)

Summaria.

1 *Morganatica quid dicatur.*
2 *Matrimonium ad morganaticam quid.*

VOcabulum (*Morganatica*) quod Longobardicum eſt, invenitur in tit. 29. *lib.* 2. *Feud. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto.* † Quid autem ſit Morganatica,
1 inter FF. non convenit? A quibuſdam Morganatica dicitur id, quod per mortem viri capitur. Andr. de Iſern. Mart. Laudenſ. *in d. tit.* 29. Jacobin. de. S. Georg. *de feud. verb. & unus ex dictis Vaſallis. num.* 1. Rectiùs morganatica appellatur munus, quod apud Longobardos ſponſus manè die nuptiarum ſponſam ſalutans ei coram propinquis & amicis ante nuptiale convivium donabat, ut ita morganatica ſit idem quaſi Morgengab. Hinc Baro à Tautenb. *in d. tit.* 29. refert, ſe vidiſſe quendam vetuſtiſſimum Codicem, qui habebat, *de filiis natis ex matrimonio ad Morgengabicum contracto*, & addit, dictionem hanc *Morgengabicum* eſſe compoſitã ex Idiomate Germanorum Morgen/quod manè

ſive

ſive matutinum ſonat,& gab/ quod donum ſignificat. Morgengabicum igitur quaſi donum matutinum interpretari licebit, qua donatio propter nuptias ſignificatur. De jure civili vocatur ſponſalitia largitas *titul. C. de donat. ant. nupt.& ſponſalit. Novell. 119.* De jure Canonico dotalitium *c. plerunq;, de donat. int. vir. & uxor.*
† Hinc matrimonium ad Morganaticam contractum dicitur, quod eâ lege celebratum eſt, ut liberi ex illo matrimonio nati, ſint contenti donatione propter nuptias. *d. tit. 29.* Guer. Piſ. *in prælud. Feud. cap. 2.* Borch. *cap. 2. num. 21. de feud.* Hottom, *ad d. tit. 29.* More Longobardorum reddebatur quarta pars bonorum mariti. Jure Romano redditur tertia dotis *c. 1. §. quamvis. de inveſt. de re alie. fact. 2. F. 8.* vide *Cujac. lib. 5. obſ. 4.* & Gothofr. *in rubr. C. de donat. ant. nupt.* Hottom. *in c. 1. verbo quartæ 2. F. 8.* 2

## CAP. XVI.

### INTELLECTUS §. NATURALES 2. F. 26.

Summaria.

1. *Filij naturales in feudo non ſuccedunt.*
2. *An omnes filii legitimati à ſucceſſione feudi arceantur.*
3. *Nonnulli indiſtinctè pro affirmativa pugnant.*

4 *Negantium opinio approbatur, per rationes num. 5. 6. 8.*

7 *Liberi per nuptias legitimati per omnia æquiparantur liberis ex juſtis poſteà nuptiis ſuſceptis.*

8 *Diluitur contrarium argumentum.*

DIfficilis eſt intellectꝰ. §. *naturalis. ſi de feud. def. cont. 2. F. 26.* qui de ſucceſſione filiorum naturalium & legitimatorum agit. Verba iſtius §. hæc ſunt! *Naturales filii, etiamſi poſtea fiant legitimi, nec ſoli nec cum aliis admittũtur ad*
1 *ſucceſſionem feudi.* Et † filios naturales ad ſucceſſionem feudi non admitti, extra omnem cõtroverſiam receptum eſt, tex *in d. §. naturales. &*
2 *ibi FF. omnes.* † Verùm, quid de filiis legitimatis dicendum ſit, non uſquequaq; expeditũ eſt.
3 † Multi tenent, omnes legitimatos nempe per ſubſequens matrimonium, per reſcriptũ Principis, & per oblationẽ Curiæ, indiſtinctè à ſucceſſione feudi arceri, & movẽtur ex generalitate textus *in d. §. naturales,* quę docet, generaliter & ſine diſtinctione prolata, generaliter, & ſine diſtinctione accipienda eſſe, *arg. l. de precio. 8. ff. de publ. in rẽ act. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſt.* Atqui genus legitimatorũ ſcilicet *in d. §. naturales* eſt negatum, negatas igitur omnes ſpecies
4 ſub eo cõprehenſas intelligi neceſſe eſt. † Plurimi textũ in d. §. *naturales* nõ ita generaliter de omnibus legitimatis, ſed cum diſtinctione accipiendum

piendũ eſſe arbitrantur, ut ſub ſe cõprehendat legitimatos per reſcriptũ Principis, & per oblationẽ Curię, non etiam legitimatos per nuptias. Quorum opinio magis amplectẽda eſt. Nam in *d. §. naturales*, quæritur, an naturales filii poſtea facti legitimi ad ſucceſſionẽ feudi aſpirare valeant? † Cui quęſtioni tum demũ loc⁹ eſt, quo ſucceſſio legitima alicui in feudum defertur, Vaſallo ſcilicet defuncto. *c. 1. à pr. de ſucceſſ. feud.* Tempus ſiquidem delatæ ſucceſſionis in feudis ſpectatur. *c. quæſitũ. ſcio, tit. extr. 106. ſerv. poſt. delat. ſucceſſ. inan. in feud. non ſucc. argum. §. in extran. 4. Inſtitut. de hered. qual. & differ. l. in temp. 62. à pr. ff. de hered. inſtit.* & non oportet prius de cõditione cujuſquã quæri, quàm ſucceſſio ad eum pertineat *l. non oportet 52. ff. de legat. 2.* Poſt obitum autẽ Vaſalli de ſucceſſione agi, nõ eodẽ vivente adhuc ſolet, ſed illo defuncto ſubſequẽti matrimonio filios naturales poſſe legitimari impoſſibile. Quare *d. §. naturalis.* de legitimatis tãtum poſt mortẽ Vaſalli, intelligẽdus erit. † Qui intellectus quoq; ex eo colligitur, quod in Lege generali nõ videatur cõprehẽdi tale quid, quod legislator, ſi ſpecialiter fuiſſet interrogatus, non ſtatuiſſet, *arg. L. tale pactũ. §. fin. ff. de pact.* Nã cũ placita feudalia ab antiquis ſapientib. ſint conſtituta *c. hoc quoq; ſciendũ. 1. F. 1. c. 1. ſi de feud. Vaſ. ab aliq. interp. 2. F. 25.* veriſimile non eſt, text. in *d. §. naturales,* quoquè legitimatos per nuptias 5 6

propter ſingularem honorem matrimonii, cujus uſus apud omnes ferè non infavorabilis eſt *l. conſenſu. 8. C. de repud.* complecti, præſertim cum lex preſumat, hos qui ſecutis nuptiis legitimi fiunt, legitimè natos, ex actu enim ſubſecuto præſumit uſque à principio affectu maritali cōcubinam cognitam *L. cum quis. 10. verſ. nec enim. C. de nat. lib. c. tāta ext. qui fil. ſint legit.* Quæ præſumtio veritati innititur *l. 1. ibi, verū eſt. C. de impub. & ali. ſubſt.* & in hoc à fictione diſtat, quæ adverſus veritatem eſt *L. filio. 27. ff. de liber. &*
7 *poſth.* † Hinc ſacratiſſimus Imper. Juſtinianus non ſolum omnia tribuit liberis per nuptias ſequentes legitimatis, verùm etiam juſtis poſteà nuptiis ſuſceptis in totū æquiparat eosdem, ut nec prior, nec junior ullo habeatur diſcrimine, ſed qui ex iiſdem matrimoniis procreati ſunt, ſimili perfruātur fortuna *d. l. cum quis. inf. No-*
8 *vell. 12 inf.* † Eſtq; hæc ſententia communiter ab interpretibus recepta. Clar. *d. §. feudum qu. 82. num. 2.* Soarez *in theſaur. com. opin. lit. L. num. 125.* Alciat. *lib 3. de Verb. ſignif.* Zas. *part. 8. num. 76. Feud.* Weſemb. *ca. 6. de Feud.* & poſt magnas quoq; varietates obtinuit in Camera Imper. ut
9 teſtatur Mynſ. *5. obſer.* 42. Gail. *2.* 141. † Ad generalitatem textus *in d. §. naturalis* reſpondeo. Quod illa propter juris Civil. & Canon. autoritatem in favorem matrimonii reſtringenda ſit, ut ita legitimatus per ſubſequēs matrimonium

non

non exiſtimetur tanquam illegitimè natus à ſucceſſione feudi remotus.

## Cap. XVII.

## Vasallus male tractans ſubditos an feudo privandus ſit.

Summaria.

1. *Vaſallus ob deteriorationem rei feudalis cadit feudo.*
2 *Vaſallus ſubditos feudi enormiter & atrociter tractans feudo privabitur.*
3 *Dominus priusquam feudo Vaſallum exuat, admonebit, ut ſubditos benè tractet.*

CErti atque indubitati juris eſt, Vaſallum ob deteriorationem feudi non quidem modicam, ſed inſignem & perpetuā feudo jacturam afferentem, beneficio ſuo ſpoliari. Text. eſt. *in c. 1. § quid ergo. & §. è contrario verſ. meliorem. de inveſt. de re alie fact. 2. F. 8.* exemplo uſufructuarii, qui & male utendo jure ſuo cadit *l. hoc amplius. 9. §. fin. ff. de damn. inf. l. eos. 3. C. de acqu. duct.* Emphyteutæ, qui ob deteriorationem prædio Emphyteutico ejicitur, *auth qui rem C. de SS. Eccleſ. Novell. 120. cap. 8.* non enim licet in re alterius malè verſari. *l. ſi cum dotem 22. §. ſin autem. 8. verſ. ſin verò dotem ff. ſol. matrim. l. æde quam, 3. C. de locat.* Mart. Laud. *ad c. 1. §. fin. num. 15. in quib. cau. feud. amit.* Curt. *part. 4. num. 44.* Zaſ. *part. 10. num. 54. de feud.* Atqui 1

feudum Vaſallus deterius facit, & eo abutitur, dum ſubditos & agricolas rei feudalis damno immodicè afficit, ut ſi illos exactionibus gravet, inſolitisquè & indebitis oneribus premat.
2 Conſequens hinc eſt, † Vaſallum ob ſubditos malè tractatos,, dominio & jurisdictione ſua per ſuperiorem privari. *tex.in c.1.§.quicunq; de pac.ten. arg. dominorum, Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien.jur.l.2.ff.eod.tit.L.un.C.de emend.ſerv. l.cum ſatis 23.§.1.verſ.caveant.C.de agric.et cenſ. lib.11.* Pet.de Ferrar, *form.lib.ad revoc.feud.v.nec ſuperſtitibus.num.25.in fine.* Vasqu. *controv. illuſt.lib.1, cap.8.num.18.* Sichard. *in l.magnam 12. num.7. C.de contrah.ſtipul.* Sed hoc loco in controverſiam vocari ſolet, an opus ſit prius admonitione Domini, ut Vaſallus deſiſtat à ſævitia,
3 & ſubditos benè tractet? † Et humanius eſt, ſubditos de Vaſallo conqueri coram domino Feudi, qui Vaſallum, propius quam illũ propter malã tractationẽ de feudo exuat admonebit, & ſi admonitus nõ reſipuerit, ſed in ſua inſolentia obdureſcit, feudo ut indignus exuetur, per *tex. in d.§.quicũq; advocatiam.& ibi gl.* Alvar.Baro à Tautenb. *arg.l.ſi dominus.2.ff. de his qui ſunt ſui vel alien.jur.* Nam cum hìc de magno præjudicio agatur, & amiſſione feudi jura ſtatuerunt, ut Vaſallus malè tractans ſubditos, priuſquam feudo cadat, admoneatur de juſta tractatione.

Saiſon.

Saiſon. *in conſuet. Turon. tit. 12. art. 1. cap. 8.* Zoannet. *in tr. de dupl. venat. nu. 74. & ſeqq.* Borch. *cap. 8. de feud. num. 130.* Gail. *1. obſer. 17. num. 4. & lib. 1. de pac. public. cap. 2. à princip.* Ferrar. *7. Feud. cap. 3.* Mynſ. *cent. 5. obſer. 8.* H. Hartman. *pract. obſervat. tit. 54. obſer. 36. nu. 1. & ſequ. & obſer. 43. eod.*

## CAP. XVIII.

## CONCILIATIO §. MUTUS, c. 1. 1. Feud. 6. & c. 1. 2. Feud. 36.

### Summaria.

1 *Varios intellectus §. mutus, & titul. 36. qui comportârint.*

2 *Mutus, ſurdus ad ſucceſſionem feudi aſpirare non valent.*

3 *Quæ ſit ejus ratio & num. 4.*

5 *Argumenta contraria, & eorum reſponſiones num. 6. 7. 8.*

9 *Si obtinens feudum, ſive ſit novum ſive antiquum, caſu quopiam ſuperveniente mutus fiat, illud retinere poterit. & nu. 14.*

0 *Ponuntur rationes & num. 11. 12. 13.*

5 *Imperfectus feudum novum ex opinione communi non retinet.*

6 *Dictio (retinere) de feudo paterno intelligenda eſt.*

1 DE ſucceſſione muti ſurdi, aliorumque imperfectorum graviſſima inter FF. & varia exorta reperitur contentio, ut videre eſt apud H. Piſtor. *qui feud.32.* & Andr. Fachin. *lib.7. controv. cap. 34.* De illorum ſucceſſione habentur in uſibus Feudorum duo textus invicem repugnantes, primus extat in *c. 1. §. mutus. Epiſ. vel Abbat. 1. F. 6.* cujus verba hæc ſunt: *Mutus feudum retinere non poteſt, ſcilicet qui nullo modo loquitur, ſed ſi feudum fuerit magnum, quo ei oblato ſe exhibere non valeat, tantum ei relinqui debet unde ſe ſuſtinere poſſit.* Alter eſt in *c. 1 An mut. ſurd. vel imperf. 2. F. 36.* & ſunt illius verba *Mutus et ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus etiamſi ſic natus fuerit, totũ feudum paternum retinebit: Obertus & Gerardus & multi alii. Quidam tamen dicunt eum qui talis natus eſt, feudum retinere non poſſe, quia ipſe ſervire nõ valeat. Sic dicimus in clerico; et in fœmina, et in ſimilibus.* Mihi omiſſis interpretum conciliationibus hæc controverſia ſic dirimenda videtur, ut
2 dicamus primò; † Mutum, ſurdum vel aliâs imperfectum omninò à ſucceſſione feudi arceri. *text. in d. c. 1. §. mutus. & in d. tit. 36. an mut. vel ſurd. p. verſ. quidam tamen.* Ita tamen, ut ſi inopes ſint, tantum eis relinquatur, unde ſe ſuſtinere
3 re poſſint. *d. §. mutus.* † Ratio hujus prohibitionis ponitur in *d. verſ. quidam tamen,* nempe quod imperfectus ſervire nõ valeat. Quæ ratio

præcipuè

præcipuè militat in feudis. nam regulariter feuda ob ſervitia militaria concedi ſolent, quemadmodum perſpicuum eſt ex forma juramenti fidelitatis tradita in *tit. de nov. form. fidel. 2. F. 7. & in c. 1. §. ſimiliter. ibi, & ille qui accepit feudum inveniatur miles. de L. Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. notandum, ibi, in exercitum perrexerint 1 F. 1.* ad quæ mutus ſurdus vel alioqui imperfectus perinde ut fœmina & clericus inhabiles ſunt, & ideò à feudi ſucceſſione removeantur. Etſi autem juramentum fidelitatis plura requirit à Vaſallo, omnis tamen ratio ſecundum quam Vaſallus vel idoneus vel imperfectus judicatur, à ſolis ſervitiis dependet *dd. textib. c. 1. §. imprimis. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23.* † Quinimò in omnibus cauſis id obſervatur, ut ubi perſonæ 4
conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoquè deficiat. *L. in omnibus cauſis. 68. π. de reg. jur.* † Cui concluſioni primò adverſari videtur, quod ejuſmodi vitio 5
laborantes prælia capeſſere poſſint. Sed cum plerumque ſint minus idonei, quàm alij integris membris præditi: quinetiam ſæpè ad arma gerenda prorſus inepti: feuda verò potiſſimum ob ſervitia militaria dentur, atquè idcirco domini plurimùm interſit habere milites ſtrenuos & induſtrios, haud præter rationem à feudis remoti videntur ejuſmodi inhabiles. † Secundò 6
opponitur, quod tales perſonæ inhabiles poſſint

alios ſubſtituere ad ſervitia præſtanda domino, per *cap. 1. §. firmiter. ibi. vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere contemſerit. de prohib. feud. alien. per Frider.* Quæ oppoſitio procedit in Vaſallo, qui feudi alioqui capax eſt, non in eo, qui cum minus idoneus ſit, nullũ jus in feudo con-
7 ſequi poteſt. † Cui reſponſioni refragatur, quod impubes poſſit retinere feudum, & tamẽ ſervire non valeat, *c. 1. §. ſi minori. Si de feud. def. cont. 2. F. 26.* Ad quam objectionem dico, quod impubes ideò retineat feudum, quia ſpes eſt, quod aliquando ſervire poſſit, quo caſu volente Domino admittitur ſubſtitutus *d. c. 1. § ſi quis deceſ-*
8 *ſerit.* † Nec quicquam impedit, quod *in d. tit. 36. an mut. ſurd. vel al. imperf.* duæ referantur opiniones, neq; interim exponatur, utra earum ſit tenenda. Nam juris eſt, quod is qui duas recenſet ſententias, & nullam expreſsè reprobat, poſteriorem ſententiam amplecti videatur. *L. qui filium 74. §. Fabius. 1. π. ad SC. Trebell.* Idque ex eo patet, quod autor in *d. tit. 36.* reſponſo poſteriori ſubjunxerit rationem, ob quam feuda vaſallis concedi ſolent. *c. 1. §. inprimis. in quib. cau. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. de nou. form. fidel.* Non tamen reſponſum prius in totum corrigitur per ſecundum, ſed quatenus de eo, qui ſic natus eſt mutus ſurdus, loquitur. quatenus verò de muto ex accidenti, rectè intelligitur minimè corrigi.
9 † Secundò pono talẽ Concluſionem: Si Vaſallus

obtinens

obtinens feudum ex ſuperveniente aliqua calamitate inidoneus fiat, illud retinere poterit. Quæ concluſio ſequentibus nititur rationibus.
† Primò juris eſt, Vaſallum feudo ſemel acqui- 10
ſito ſine ipſius culpa privandum non eſſe, *t. t. de feud. ſin. culp. non amit. & eſt textus in cap. 1. §. ſed nec alia. & ibi gl. quæ fuit. prim. cau. beneſ. amit.* qui dicit, *Vaſallum, qui ideò non ſervivit, quia non potuerit, feudum propterea non amittere.* Scimus enim adverſam valetudinem inter culpam minimè referri, neque eo nomine quicquam imputari poſſe Vaſallo, *L. non. exigimus 2. §. 3. π. ſi quis caut. in jud. ſiſt. l. ſanè ſi 23. π. mand.* cum nemo ad impoſſibilia obligetur *c. nemo de Reg. jur. in 6.* Clar. *§. feudum. qu. 21. num.* 2. † Imò ipſum fidelitatis juramentum 11
conditionem de poſſibili expreſsè annexam habet, *capit. 1. de form. fidel. & capit. 1. de nov. form. fidel.* Tertiò † Pro hac ſententia conſi- 12
derari ſolet, quoniam in jure Feudorum nuſquã ſcriptum reperitur, Vaſallum qui poſt feudum acquiſitum mutus vel alioqui inhabilis eſt factus, propterea feudum amittere. † Et profer- 13
tur ſimile ex jure civili dè furioſo, nam qui furere cepit, & ſtatum & dignitatem, in qua fuit, & magiſtratum & poteſtatem videtur retinere, ſicut rei ſuæ dominium reti[illegible] *l. qui furere. 20. π. de ſtat. hom.* † Per q[illegible]nes [illegible]idem di- 14
cendú eſt, Vaſallum o[illegible]lent. ſuper-

veni-

veniens, nec ſeudo novo privandum eſſe. ubi e-
nim eadem ratio militat, ibi idem jus ſtatui de-
bet. *L. illud π. ad L. Aquil. L. fin. π. ad L. Fal-*
15 *cid l. 1. C. de interd.* † Cui Dd. communiter
reſiſtunt per *d. ſ. mutus.* quem de novo feudo
intelligunt. Atquè inde collegerunt, feudũ no-
vum ob vitium fortuitum retineri non poſſe.
Schneid. *de feud. part. 6. c. 2. n. 34.* Baro à Tauten.
*in d. ſ. mutus. num. 9.* Sonsbec. *de feud. c. 12. n.*
*132.* Verùm *d. ſ. mutus*, non de feudo novo ſed
de paterno intelligendum eſſe ſatis evincitur ex
rationibus modò allatis, & ex dictione *(retine-*
16 *re)* ibi poſita. † Nam retinere feudum is dici-
tur, ad quem ſucceſſione devolutum erat, licet
nondum de eo inveſtitus eſſet. Hottoman *in d.*
*ſ. mutus*, vide plenius Piſtor. *in. d. qu. feud. 32.*
*num. 38.*

## Cap. XIX.

### SI VASALLUS HABENS FEUDUM, alium ſubinfeudârit legitimè, & deinde mortuus, an dominus ſubinfeudatum, ſi ſervire velit, inveſtire teneatur.

Summaria.

1 *Vaſallus feudum ſuum alij infeudare poteſt.*
2 *An mortuo infeudante dominus ſub infeudatum inveſtire teneatur, ſi ſervire velit.*
3 *Reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptoris.*

4 *Dominus ſubinfeudatum non tenetur inveſtire defuncto ſubinfeudante.*
5 *Quæ ſit hujus ratio & num. 6.*
7 *Objectio & ejus reſponſio.*
8 *Subinfeudatio agnatis non præjudicat.*
9 *In quæſtione propoſita quidam diſtinguunt. Rejicitur diſtinctio num. 10.*

VAſallus obtinens feudum, illud ſine conſenſu domini alii infeudare poteſt, modò 1
bonâ fide, ſyncerè & ſine ullâ fraude hoc fiat. text. *in c. 1. §. rurſus. 1. F 4. ſi de inveſt. feud. contr. fuer. c. 1. §. beneficium 2. F. 26. ſi de feud. def. cont. ſit. c. 1. §. ſimiliter de L. Corrad. c. 1. §. callidis. de prohib. feud. alien per Frider. 2. F. 55.* Jacob. de S. Georg. *verb. ita etiam quod ipſi Vaſalli, n. 3.* Baro à Tautenb. *d. §. beneficium.* Verum quæſtionis eſt, † quando Vaſallus alium infeudârit legitimè, deinde mortuus, an dominus ſubinfeudatũ 2
ſi ſervire paratus, inveſtire teneatur? In hac quæſtione negativam amplector opinionẽ, & dico, quod, per mortem primi Vaſalli ſubinfeudantis, à quo feudum obtinuerat, ſecundus Vaſallus jus omne ſuum amittat *d. cap. 1. §. rurſus. ſi de inveſt. feud. cont. ſit c. 1. §. fin. apud quem vel quos contro. feud. 1. F. 18.* ubi dicitur. *defuncto Vaſallo totum quod alteri feudum concedendo fecit, revocari debere.* † Cujus ea ratio eſt, quia reſoluto jure dan- 3
tis reſolvitur quoquè jus accipientis. *arg. cap. 1. verſ.*

*verſ. etſi clientulus. 1. F. 13. de alien. feud. in f. L. Lex vectigali 31. ff. de pignorib. L. 1. C. ſi pign. pign. dat. ſit* Et hanc ſubinfeudationẽ nec dominus nec agnati, ad quos feudum reverſurum eſt, ra-
4 tam habere tenentur † Dominum defuncto infeudante non teneri ratam habere ſubinfeudationem, probatur clarè ex *c. 1. §. rurſ. quib mod. feud. amit.* dum ibi dicitur, *eum qui feud. ab alio accepit, hoc defuncto, nullo jure adverſus dominũ ſe tueri poſſe. d. cap. 1. inf. ap. qu. vel quos contro.*
5 *feud.* † Nihil enim vaſallus de feudo ſtatuere aut diſponere contrahendo poteſt, quo ſe defuncto dominum obligat *d. c. 1. verſ. etſi clientulus. cap. 1. §. econtrariò. & §. quid ergò. ibi Vaſallo quidem quamdiu vivit, nocebit. de inveſt. de re*
6 *alie. fact. 2. F. 8.* † Accedit hiſce, quod domino invito alius, quàm voluerit, non obtrudendus ſit Vaſallus, nec ipſi jus redigendi feudum apertum in ſuos uſus auferendum, *cap. 1. in fin. de allod 2. F. 54. cap. 1. §. firmiter. de proh. feud. alien. per Frider. c. 1. in fin. de frat. de nov. benef. inveſt.*
7 *2. Feud. 12.* † Huic reſiſtunt communiter interpretes per *cap. 1. §. ſi verò. qual. olim pet. feud. alien. 2. F. 9.* ubi dicitur, *Vaſallum, qui ſecundo loco beneficium accepit, feudum non amittere, ſi priori Domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere volebat.* Sed reſpondetur, ibi referri jus vetus, ut ex rubrica & toto contextu illius tituli apparet. Namque hodie ex Conſtitutione Friderici

derici, dominus non tenetur habere Vaſallum, eum quem nolit. *c. Imperialē. 2. F. 55.* † Ad agnatos quod attinet extra controverſiam poſitū eſt, 8
illos feudo ad ipſos devoluto, non devinctos eſſe, ut ſubinfeudationē hanc ratam habeāt: conſtat enim, in feudo paterno vel antiquo nullam alienationem vel diſpoſitionem factam per vaſallum valere in præjudicium agnatorum, tex. *in c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſ. feud. c. 1. à princ. de alien. feud. pat. 2. F. 39. cap. 1. §. Titius ſi de feud. cont. ſit. 2 F. 26.* etiamſi Domini conſenſus acceſſerit. *d. §. hoc quoque & d. c. 1. de alien. pat. feud.* † Sunt, qui in hac quæſtione diſtinguunt inter feudum novum & antiquum. De novo feudo ſi vaſallus quem ſubinfeudârit, putant, jus 9
per mortem datoris non reſolvi, & dominum cogi poſſe, ut novum illum Vaſallum recipiat, modò Vaſallus ille inveſtituram à priori domino agnoſcere, & operas præſtare non detrectet: Si verò de feudo antiquo aliquem ſubinfeudaverit, ſubinfeudationem valere concedunt, quamdiu ſubinfeudans vivat, ne illo defuncto ejuſmodi ſubinfeudatio agnatis præjudicio ſit. Mynſing. *cent. 1. obſerv. 62. num. 5. & ſequ.* vide Fachin. *lib. 7. controv. cap. 52.* † Quorum diſtin- 10
ctio tutò defendi nequit, planè enim adverſatur rationibus modò allatis, quæ nō minus in feudo novo, quod etiam ſine voluntate Domini non
aliena-

alienatur, ac in feudo antiquo locum obtinent, ubi ergò eadem eſt ratio, ibi idem quoq; jus ſtatuendum, per jura vulgata.

## CAP. XX.

## FILIORUM APPELLATIONE, AN in Feudorum materiâ veniant nepotes, pronepotes & deinceps.

Summaria.

1 *In feudis appellatione filiorum continentur nepotes propter naturam feudorum. n.3.*

2 *Ex proprietate ſermonis appellatione filiorum non continentur nepotes.*

4 *Feudum pro ſe & filiis datum, extenditur ad omnes deſcendentes*

5 *Feuda dicuntur beneficia*

6 *Feudum ſimpliciter conceſſum non eſt perſonale, ſed ad deſcendentes tranſit.*

7 *Qui ſibi proſpicit, etiam heredi proſpexiſſe intelligitur.*

8 *Feudum præſumendũ eſt ſemper ſecundum ſuã propriam naturam fuiſſe conceſſum.*

9 *Appellatione filij de jure Feudorum non venit filia.*

1 IN hoc breviter dico † quod in materia feudorum filiorũ appellatione comprehendantur maſculi deſcendentes in infinitum *c. 1. v. etſi clientulus. de alien. feud. 1. F. 13. & ibi* gl. Bl. non at-
2 tentâ proprietate ſermonis, † quâ appellatione filiorum

filiorum non veniunt nepotes. *§. fin. Inſt. qui teſt. tut. dari poſ. l. quid ſi. 6 ff. de teſtam. tut.* † Idq; requirit natura feudorũ, quæ vult, ut feudum perpetuò in deſcendentes tranſmittatur. *c.* 1. *§. imprimis. 2. F, 23. in quib. cauſ. feud. amit.* † Unde 4
feudum, ſi reperiatur conceſſum, pro ſe & filiis ſuis, videtur etiam conceſſum nepotibus & ulterioribus in gradu. *c.* 1. *§. hoc quoq; ſciendũ.* 1. *F.* 1. *d. c.* 1. *verſ. clientulus.* † & ſanè rectè, dicũtur enim 5
feuda beneficia *c.* 1. 1, *F.* 1. *c,* 1, *§.* 1, *de feu. March.* 1, *F.* 14, *c.* 1 *de benef. fratr. c.* 1 *de benef. fœm. c.* 1. *de L. Corrad. & ſimilib. plurib. textibus,* quæ latam ac favorabilẽ accipiunt interpretationẽ *L. fin. ff. de conſt. Prin. l. juſta* 201. *ff. de verb ſig. c. cũ dilecti in fine de don.* Alciat. *in lib.* 3. *de verb. ſign. & li.* 3. *παρ. cap.* 14. Saiſon *in conſuet. Turon. tit.* 12. *art.* 1. Iacob. de S. Georg *de feud. verb. præſentes & recipientes, num.* 2. † Pari modo, ſi reperiatur facta conceſſio feudi alicui ſimpliciter, non factâ mẽtione filiorum ſuorum vel heredum, dicendum eſt, conceſſionẽ non eſſe perſonalẽ, ſed intelligi debere factam alicui pro ſe & filiis ſuis. 6
† Quia inveſtitus utriq; ſibi, & ſuis heredibus videtur proſpexiſſe. *c.* 1. *in f. de duob. fratr. à Capit. inveſt.* 2. *F.* 18. *L. ſi. pactum.* 9. *in fin. ff. de probat.* † Dein ſemper præſumendum eſt, feudum ſecundum propriam naturam fuiſſe cõceſſum, niſi ejus alteratio probetur: ſed propria natura feudi eſt, ut tranſmittatur ad heredes. *d. c.* 1. §, 7 8

*imprimis.d.tit.18. Tap. in rep.L.fin.ff. de conſt. prin.part.1. cap.3.nu. 24.* Gabr. Rom. *de Verb. ſig.in com. concl. cap.1.num. 26.* P. de Gregor. *de conceſ.feud.part.6.qu.*1. † Advertendũ quoq; eſt, quod appellatione filii de jure Feudorum non veniat filia, quæ nõ eſt capax acquiſitionis ſeudi, *c.1.,§. filia. de ſucceſ.feud.c* 1. *§. hoc autem. 1. Feud.*1. *cum ſimilib.* & in materia, quæ convenit maſculis, & non fœminis, maſculinum non concipiat fœmininum, per *L.fin.ff.d.tutel.junct. l.fœminæ. ff.de regul jur.* quæ loquuntur in tutelis & officiis, quæ propriè conveniunt maſculis & non fœminis.

## CAP. XXI.

### AN VASALLUS PRÆDIO FEUDALI ſervitutem realem imponere poſſit.

Summaria.

1. *Vaſallus in ſui præjudicium ſervitutem imponit prædio feudali.*
2. *Dominus proprietatis ſecurus eſſe debet de proprietate.*
3. *Servitus à Vaſallo conſtituta impropria eſt.*
4. *Ex quorundam ſententia Vaſallus non poteſt ſervitutem imponere rei feudali. per rationes num. 5. 6.*
7. *Declaratur opinio contraria.*

QUæſitum fuit! ſi Vaſallus precio vel dolo aut incuria ſervitutem rei beneficiatæ imponi

poni patiatur & ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficium revertatur, an ex eo præjudicium Domino generetur? † Et reſpondet tex. 1
*in c. 1. §. quid ergò. de inveſt. de re alien. fac. 2. F. 8.* Vaſallum quoad ſuum præjudiciũ, nõ domini, rem feudalem ſervituti obnoxiam conſtituere, ſed ubi feudũ, rediret ad dominũ, ſervitutẽ impoſitã extingui. *arg. L. lex vectigalis, 31. ff. de pign. l. is cui via 11, in f. ff. quẽad. ſer. amit.* † Dominus 2
enim ꝓprietatis ſecurus eſſe debet de proprietate. *L. ſi cujus rei uſufru. 13. ff. de uſufru.* & Vaſallus inſtar uſufructuarii conditionem proprietarii meliorem non deteriorem facere tenetur. *d. § quid ergò. & §. è contrario, ſeq. verſ. meliorem.* Sic & in ſimili extinguitur ſervitus per heredem impoſita fundo legato ſub cõditione, nam in eventum conditionis facta ipſa re legatarii ſervitus extinguitur, ut habetur in l. *ſi fundum 105. ff. de condit. & demonſtrat. d. l. is cui via* 11. *in f.* † Quæ tamen ſervitus, cum morte imponentis finiatur, propriè ſervitus dicenda non 3
eſt. *l. 1. quibus modis uſufruct. amit. l ſervitutes 4. ff. de ſervitut.* ubi dicitur, *ſervitutes neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem cõſtitui poſſe.* Namque rem ipſam nõ afficit, ſed ſaltẽ inducit obligationem quandam perſonalem, ut ſcilicet is, cui hoc jus ſervituti ſimile ad diem eſt promiſſum, ſi eo uti impediatur, agat ex ſtipulatu vel

pro qualitate promiſſionis alia actione in perſonam, nõ vindicando ſervitutem. Pet. de Ferrar. *d. verb. nec ſuperſtitibus, num. 19.* H. Hartm. *titul. de feud. 54. obſer. 28. & obſerv. 35.* Borch. *c. 8. n. 59.* † Alii ſimpliciter negant, Vaſallum prædio
4 feudali ſervitutem imponere poſſe. † Quia ipſi omne commercium in feudo, omnisq; via & ratio penitus interdicta eſt, per quam Imperii ac Dominorum minuatur utilitas. *c. 1. §. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Ergò & ſervitutis rei feudali imponendæ facultas in domini præjudiciũ eidem interdicta eſſe cenſetur, quoniam per illam ſervitutem prædii libertas imminuitur, ut communiter tradunt Dd. *in tit. de*
6 *ſervitut.* † Secunda ratio hæc eſt, quia generaliter omnis alienatio ſine conſenſu Domini prohibita eſt. *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Frideric.* At inter alienationes refertur ſervitutis conſtitutio *L. ult. C. de reb. alien. non alien.* Ad *d. §. quid ergò.* reſpondent, illum eſſe correctum per *c. 1 à princ. 2. F. 55.* quia de mente illius textus conſtat, quod velit corrigere omnia jura antiqua, quæ quoquomodo permittebant Vaſallum poſſe feudum alienare ſine cõſenſu domini. Curt. *part. 4. nu. 105.* Baro à Tau-
7 tenb. *in d. §. quid ergò.* † Quam opinionem in conſtitutione ſervitutis veræ ac propriæ, de qua in *tit. ff. de ſervitut.* procedere, rectè exiſtimat Vul. *lib. 1. Feud. cap. 10. num. 40.*

CAP.

## Cap. XXII.

## AN SERVO RECTE DEtur feudum.

Summaria.

1 *Servus accipit feudum.*

2 *Servus proprius accipiendo feudum conſequitur libertatem.*

3 *Qui vult conſequens, vult neceſſarium antecedens ad illud.*

4 *Feudum datum ſervo alieno à ſciente eum talem eſſe, acquiritur ipſius Domino.*

5 *Feudum datum ſervo alieno ab ignorante, nullum eſt.*

NOn tantùm liber homo, de feudo inveſtiri 1
poteſt, † ſed & ſervus, uti diſertè traditur in *§. perſonã. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.* † Et 2
ſi ſervus à domino ſuo inveſtitus fuerit, dominus dando ei feudum, & libertatem dediſſe videbitur. *arg. L. idem Ulpian. 12. §. 1. ff. de excuſat. l. quidã conſulebat. 57. inf. ff. de rejudic.* quamvis dominus in inveſtitura nullam libertatis mentionem fecerit, feudũ tamen non corrumpitur, ad exemplum ejus ſervi, quẽ dominus heredem inſtituit, qui ſimul cũ hereditate libertatem cõſequitur. *§. ſervus autẽ à Domino 1. Inſt. de hered. Inſtit. §. 1. qui teſtam. tut. dar. poſſ. l. pen. C. d. neceſſ. ſerv. hered. arg. l. ſuper ſervis 6. verſ. ſin verò, C. qui milit. poſſ. lib. 12.* † Nam qui vult conſe- 3

quens. *l. illud. & ibi Dd. ff. de acquir. hered. l. 2. ff. de juriſd. omn. jud. c. ex parte. & ibi CC. de ſponſalib.* Ever. *in Topic. Legal. loc. à conceſſ. conſeq. num.* 3. Aliâs enim ſervus qui militiæ nõ eſt particeps *d. l. ſuper ſervis*, non poſſet habere feudum, adeò verò is ſervus feudum accipit, ut illud ſibi & ſuis filiis, ſicuti liber acquirat. Mart. Laudenſ. *in d. ʃ. perſonam.* Ferrar. *lib. 2. Feud.*
4 *cap. 2.* Borch. *de feud. cap. 5. num. 47.* † In ſervo alieno, cui feudum datur, diſtinctio adhibenda eſt talis, aut illi feudum datur à Domino ſciente eum talem eſſe, & illud acquiritur ipſius domino *d. ʃ. perſonam.* ut & omnes res jure civili, quoniam in poteſtate dominica eſt. *§. in poteſtate. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. 1. ʃ. ſed & per eum. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* ſi verò ita expreſsè detur ſervo alieno ut domino non acquiratur, & tum ſi id fiat, domino ſervi ſciente, & non contradicente, ſervus vinculo dominico ſolvi intelligitur & libertatem unâ cum feudo conſequitur *arg. d. l. ſuper ſervis. 6. verſ. ſin verò. & l. ſequ. eod.* Sin cõtradicat, infeudatio non valet, quia nihil ſuum habere po-
5 teſt, qui in poteſtate alterius eſt. † Aut feudum datur ſervo alieno ab ignorante eum ſervum, & liberum eſſe credente, & feudum datum nullum eſt. Nam ſi ſciviſſet, eum eſſe ſervum veriſimiliter eum non inveſtiviſſet. Ita text. *in d. ʃ. perſonam. & ibi. Feudiſtæ.* Hart. Hartman.

Hartman. *tit.54. de feud. obſer.*1. Hottom. *cap.* *4. diſp. feud.* Roſenth. *in tract. feud. cap.3. concluſ.6.*

## CAP. XXIII.

## HEREDIS APPELLATIONE qui veniant jure Feudali.

Summaria.

1 *De jure civili qui veniãt appellatione heredis.*
2 *De jure Feudali, qui contineantur.*
3 *Quæ ſit vera ratio, cur fœminæ ad ſucceſſionem feudi aſpirare non valeant.*
4 *In quibus caſibus fœminæ ad ſucceſſionem feudi admittantur, remiſſivè.*
5 *Collaterales & extranei appellatione heredũ non veniunt.*
6 *Quæ ſit illius ratio.*

Heredis appellatione ſecundum propriam ſignificationem, & communem juris intellectum, omnes ſucceſſores tàm maſculi quã fœminæ cõprehenduntur. *L. heredis appellatione.*170.*ff. de verb. ſignif. Novell.*118.*ca.*1.*C. de legit. hered.* ſive ſint heredes ex teſtamento ſive ab inteſtato. *tit. Inſtit. ff. & C. de hered. Inſt. d. Nov.*118. & intelligũtur nõ tantùm proximi heredes, ſed & ulteriores. Nam & heredis heres, & de[...]eps heredis appellatione cõtinetur. *L. heredis appellatio* 65.*ff. de verb. ſig. L. ſciendũ.*70. [...] *t. l. paterf.* 46. *in f. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Q[...]m per ſuc- 1

ceſſionem,quamvis longiſſimam defuncto heredes conſtiterunt, non minus heredes intelliguntur,quàm qui principaliter heredes exiſtunt *L. qui per ſucceſſionem 194. ff. de reg. jur. L fin. C. de hered. Inſtit.* In omni ergò ſucceſſione qui ei heres extiterit,qui Titio heres fuit, Titiò quoq; heres videtur eſſe. tex. *in l. ſi quis filiumf. 7. §. fin.*
2 *ff. de acquir. hered.* † At de jure Feudorum, ex illorum natura vocabulum (heres) quoties in capitulis Feudalibus reperitur, intelligitur pro herede ſanguinis, & ita complectitur ſolos maſculos, hoc eſt, filios & ulteriores in gradu ex primo acquirente deſcendentes. text. *in c. 1. verſ. etſi clientulus. & ibi com. FF. de alien. feud. c. 1. §. Titius fin. ſi de feud. defun. cont. ſit. 2. F. 26. c. 1. §. ſimiliter de L. Corrad. 2. F. 34. & paſſim.* Fœminæ enim, ut & earũ filii à ſucceſſione feudi removẽtur *c. 1. § hoc, aut. 1. Feud.* 1. *c. 1. de ſucceſ. fratr. 2. Feud* 11. Ratio hujus multiplex vulgò à Dd. afferri ſolet, ut videre eſt apud Jacobin. de S. Georgio *in tract. feud verb. Marchio. num. 4.* Sonsbec. *part. 9. num. 120.* Borch. *cap.* 1. *num.* 19. *de*
3 *feud.* † Ego veram rationem in eo conſiſtere puto, quoniam feuda regulariter ob ſervitia militaria, ad quæ fœminæ minus idoneæ ſunt concedi ſolent. *c. 1. §. imprimis. in quib. cauſ. feud. amit d[illegible]ap. 1. §. ſimiliter. & patet ex. ca. 1. de probib. feu[illegible]alien. per Lothar. & Frider.* † Qui-
4 dam [illegible]unt caſus in quibus fœminæ ad ſucceſ-

ſucceſſionem feudi aſpirare valent, quos enumerat Jacobin.*d.tract.in verb. & fœminis.*† Col- 5
laterales item & extranei appellatione heredũ non veniunt *c.1.§.adoptivus. & d.§.Titius,fin.2.Feud.26. c.1. à.pr. de ſucceſs.feud. c.1.de feud.fœmin.2.F.30. c.1.§.his verò deficientibus.de ſucceſs. fratr. 2.F.11.* niſi hoc in inveſtitura expreſſim dictum ſit, ut ſic ex pacto contrahentiũ alter alteri ſuccedat in beneficium novum *c.1.§.cum verò verſ.ſin autem 1.F.1.d.c.1.de ſucceſs.feud.c.1.de benef.fratr.1.F.20.* † Nam ſi heredis voca- 6
bulum intelligeretur quoquè de heredibus extraneis, feudum nunquam reverteretur ad dominũ, cum nemo decedat ſine herede, quia ſaltem fiſcus ultimo loco admittitur *L.1.& L.vacantia 4.C.de bon.vacan.lib.10.L.fin.C.de curat.fur.l.1.C. unde vir & uxor.* Hartm. Hartm.*pract.obſ.tit.45.obſ.17.num.2.*

## CAP. XXIV.

## DE AUTORITATE TITULORUM extraordinariorum.

Summaria.

1 *An Capitula extraordinaria ſint authentica.*
2 *Plurimi autoritatem habere negant.*
3 *Recipitur opinio affirmantium, ſed cum limitatione.*
4 *Declaratur opinio negantium.*

E 5

ULltimus titulus feudorum juxta ordinariam & vulgatam editionem eſt titulus 58. *de not. Feud. lib. 2.* qui ſequuntur, dicuntur tituli extraordinarii, quia ſunt alterius compilationis nec erant in priori compilatione, uti teſtatur Jacob. de Ardiz. *in ſum. Feud. cap. 148.* Illos nobis reſtituit Cujacius ex Ardiz. & Alvar. & incipiunt à tit. *73. de alien. feud.* Eſt igitur quæ-
1 ſitum! † An illi tituli extraordinarij autoritate
2 prioribus quoquè ſint connumerandi? † Et plerique exiſtimant, capitula extraordinaria nullam in decidendis controverſijs feudalibus obtinere autoritatem. *gl. in cap. 1. de prohib. feud. alien. nat. per. Frideric.* Bald. *in c. 1. de grad. ſucced. in feud.* Jacobin. *tr. feud. in verb. & fœminis. num. 5. & in tract. de homag. num. 2.* Laudens. *in §. & quia. 1. Feud. 1.* Duar. *de feud. cap. 10. n. 7.*
3 † Contrà alij affirmant, iſta capitula allegari poſſe ut authentica quorũ opinionem ſequor, quoad cum ordinarijs capitulis juris Feudalis conveniunt, & tunc teſtimonio eorum uti, ijſdemquè ea, quæ non ſunt ſatis explicata, manifeſtiùs declarare licet, ad exemplum Novellarum Leonis, quarum inſertio Corpori juris facta eſt ad interpretationem in ijs rebus, in quibus conveniunt. In caſibus autem deciſis eam autoritatem tenent, ut ſi contraria ſint juri civili & Canonico præferantur *c. 1. de feud. cognit.*

† Prio-

† Priorem opinionem in illis caſibus locum obtinere puto, in quibus diverſa traduntur ab illis, quæ libris feudorum ſunt inſerta. Non enim tanti ſunt ponderis, ut inde contra capitula juris Feudalis in certum volumen relata argumentum deſumi poſſit, nec quicquam impedit, quo minus capitulis illis extraordinarijs pro declaratione eorum, quæ jure Feudorum aliquando obſcuriùs tradita ſunt, utamur: quippe cum etiam jura quæ correcta & penitus ſublata ſunt, hunc nihilominus uſum habeant, ut ex ijs jura nova declarare liceat. H. Piſtor. *qu. feud. 13. num. 50.* Vult. *lib. 1. Feud. cap. 7. num. 91. & cap. 9. num. 41.* Text. *in l. ſed & poſteriores. 28. ff. de legib.* 4

## Cap. XIX.

### AN QUILIBET PATERFAM. BOna ſua patrimonialia in feudum dare poſſit.

Summaria.

1 *Antiquitùs conſtituti in certa dignitate feuda concedebant.*

2 *Moribus feudum dare poteſt quilibet, qui non impeditur quid de rebus ſuis alienare.*

3 *Ruſticus feudum dare poteſt.*

4 *Priva-*

4 *Privatus quiſpiam Emphyteuſin conſtituit.*
5 *Ruſticus ſecundum nonnullos feudum dare nequit.*
6 *Ponitur ratio, & num. 7.*
8 *Contrariæ opinioni reſpondetur.*

1 ANtiquitus † non paſſim omnes jus concedendi feuda habuiſſe, ſed ſaltem illos, quibus vel generis, vel functionis dignitas id permittebat, conſtat ex *c. 1. §. Dux, Marchio de his*
2 *qui feud. dar. poſ.* † Moribus poſteà receptum eſt, quemlibet novum feudum concedere poſſe, modò legitimè ſuorum bonorum habeat adminiſtrationem. *c. 1. à princ. verſ. novi verò. per quos*
3 *fiat inveſt. 2. F. 3.* † Adeò ut etiã Ruſticus quantumvis humilis conditionis, hodie id poſſit, per *d. verſ. novi verò c. 1. §. ſimiliter. de L. Corrad. 2. Feud. 34. c. 1. inf. de nat. feud. 1. F. 6.* Textus hoſce poſteriores de ſubinfeudatione loqui non dubito. Ex illis tamen ſic ratiocinari libet: Si alicui in re feudali ſubinfeudare licet, cuius ſolummodò uſumfructum habet, multò magis id licebit in re propria, quam pleno dominio poſſidet. Plus enim juris eſt Domino in re ſua, quàm uſufructuario in re uſufructuaria *arg. l. 1. & L. uti frui. 5. π. ſi uſusfr. pet.* Jacobin de Sancto Georg. *in ſua inveſt. verb. in feudum. n. 26* Saiſon. *in conſuet. Turon. tit. 12. art. 1.* Ferrar. *form. libel. ad revocat. feud. verb. ac nomine recti. num. 15*

† Sic

† Sic & Emphyteuſis, quæ maximam habet cognationẽ cum feudo, à quolibet privato homine rectè conſtituitur. *§. adeò 3. Inſt. locat. l. 1. C. de jur Emphyteut.* † Non deſunt, qui contendunt, ruſticos bona ſua allodialia in feudũ de novo dandĩ facultatem non habere, † cum Autor in *tit. 1. lib. 1. Feud.* loquatur de certis perſonis, ut de Ducib. Marchionibus, Comitibus, & aliis in dignitate conſtitutis, quando de dante feudũ meminit, nõ quod omnib. indiſcriminatim liceat allodia in feudũ dare. Quando enim aliquibus perſonis aliquid ſpecialiter conceditur, aliis denegatũ intelligitur. *L. cũ prætor 12. π. de jud.* Et ſi omnes etiã ignobiles & Ruſtici poſſent res ſuas in feudũ dare, nõ ita diligenter tractandũ fuiſſet *in d. c. 1. 1. F. 1.* de perſonis in dignitate conſtitutis. Inter quas præter Eccleſiaſticas perſonas, Marchiones, Regni Valvaſores ſeu Capitanei numerantur: ſed & minimi Valvaſores, qui videlicet ab ipſis feuda accipiũt, feuda nova dare poſſunt. *c. 1. de nat. feud* De ruſticis verò & aliis privatis, in uſib. Feudorũ nihil reperitur. †. Secundò pro hac contraria opinione affertur, quia juriſdictio privatorum conſenſu conſtitui nequit. *L. privatorum 3. C. de jurisdict. omn. judic.* Atqui Ruſticus feudum dans ſuo conſenſu acquireret jurisdictionem in Vaſallos. *cap. Imperialem. §. pen. prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Quæ tamen dignitas ruſtico homini convenire non videtur. Curt.

*part.*

Margin numbers: 4 (line 1), 5 (line 4), 6 (line 6), 7 (line "nihil reperitur").

*part.2.de feud. Laicor. qu.4.n.12.* Guer. Piſ. Soac. *in præl ud. Feud. c. 42. n. 12.* Fachin. *lib.7. controv.*
8 *cap.74.* † Verùm hæc controverſia hodie jure Feudali apertè deciſa & ſopita eſt, in *d. c. verſ. novi verò, per quos fiat inveſt.* Nam & Ruſticus, qui ſuarum rerum moderator & arbiter eſt. *l in re mandata 21. C. mandat.* ſi alicui feudum dat, in eum Vaſallum ſuper rebus feudalibus jurisdictionem ab ipſa lege vel conſuetudine feudali habet. *arg. l. 1. C. de emancip. liber.* Hartman. Hartm. *pract. obſerv. tit. de feud. obſerv. 2.*

## CAP. XXVI.

## FEUDUM NOVUM AN POSSIT concedi ut feudum Antiquum.

Summaria.

1 *Feudum quamvis novũ aſſumit naturam feudi antiqui ex communi FF. ſententia. Modò illud feudum ſit ſeculare. n. 12.*
2 *Ponitur ratio*
3 *Pacta derogant naturæ feudorum.*
4 *Effectus feudi novi & antiqui, remiſſivè.*
5 *Contraria opinio.*
6 *Recenſentur hujus argumenta, & num. 8. 10.*
7 *Reſpondetur ad argumenta contrariæ opinionis. & num. 9. 11.*
13 *Feudum Eccleſiaſticum novum non conceditur ut habeatur pro antiquo.*

Pulchra

PUlchra quæſtio eſt! Utrum feudum novũ, quod acquirens non habet ab alio, quã à ſe ipſo, & Domino concedente, poſſit concedi jure feudi antiqui, hoc eſt, ut effectus feudi antiqui ſortiatur, vel nõ? † Ex cõmuni Dd. ſententia con- 1
cluſum eſt, quod hujusmodi feudũ aſſumat naturam & qualitatem feudi antiqui, die Art/ Eygenſchafft oder Natur eines alten Lehens Anton. Gabr. *Rom. lib. 3. com. concl. tit. de feud. concl. 1. num. 1.* Schneid. 2. *de feud. part. 1. n. 68.* † Ratio datur hæc, quia quilibet, qui rerum ſuarum mo- 2
derator ac arbiter eſt, de novo feudo facere poteſt antiquũ, ſibiq; præjudicare, & legũ quã velit ſuis rebus imponere, *l. in re mand. 21. C. mand.* Namq; ex tali conceſſione, ex qua feudũ novum efficitur antiquũ, reſultat ſolũ præjudicium cõcedenti, quo feudũ Domino minus aperiatur, quàm feudum novũ, quod de jure cõmuni Feudorũ regulariter nõ habet agnatos Collaterales, qui ſuccedunt in feudo *c. 1. § his verò deficientib. de ſuc. frat. 2. Feud. 11. c. 1. §. cum verò. v. ſin autem de his qui Feud. dar. poſſ. 1. F. 1.* ſed feud. antiquũ ſic. *d. §. his verò deficientib.* Dominus igitur, qui diſponendi voluntatem liberã habet, alicui feudum concedendo, poterit illud, quomodo velit, concedere. † Præterea indubitati juris eſt, quod ex pacto natura feudi alterari, & pactũ apponi 3
poſſit, ut ſuccedãt illi, qui aliâs nõ erãt ſucceſſuri *c. 1. § fi. de feud. Mar. c. 1 § fin. de ſuc. feud. c. 1. de fra. de nov.*

*de nov.benef.inveſt.* 2.*F.*12.*c.* 1.*de duob.fratr.à Capitan.inveſt.*2.*Feud.*18. Clar. *ſ.feudũ. qu.* 8.*num.* 2. Roſenth. *de feud.cap.*2. *concl.*13.Mynſ. *cent* 4.
4 *obſ.*84. Gail. 2. *obſerv.* 50. † Effectus verò feudi novi & antiqui qui ſint, enumerat Gail. *in d.obſ.*
5 50.*num.*2 *& ſeqq.* † Contrà multi cenſuerunt, feudum dicto modo cõceſſum, novum nihilominus manere, quos allegat Ant. Gabr. Rom. *d.lib.* 3.*concluſ. com.tit.de feud. concluſ.*1. *num.* 2.
6 † Moventur primò, quod verba & denominatio hominum veritatem, & ſubſtantiam rerum immutare nequeant. *L.ſi fortè.*8.*ff. de Caſtrenſ. pecul.l.nõ epiſtolis.*13. *l.non nudis.*14.*C. de probat.* quodquè falſa demonſtratio mutare ſubſtantiam veritatis minimè poſſit *l. cum falſa.* 5. *C. de*
7 *jur.& fact.ignor.* † Sed reſpondeo, quod quamvis ejuſmodi feudum à Vaſallo de novo acquiſitum in rei veritate revera ſit novum, tamen cũ effectus feudi veteris illi inſint, fictione juris pro antiquo feudo reputatur, & feudi antiqui naturam aſſumit. Quæ fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero *l. filio.*23.*ff.de liber.& poſth.l.adopt.*16.*de adoption.* Hopper.*tract. de art.jur.tit.de fict.jur.*Forcat. *dialog.* 79. Weſem.*in* π.*ff.de probat.in f.& in tit.ff.de acceptilat.*
8 *num* 5. † Secundò moventur, quod contrariorum eadem ſit diſciplina, eademq́; potentia *l.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui vel alie.jur. l.illud quæſitum.* 32.*ff.ad. L. Aquil. cum ſimilib.* Everh. *in Topic.*

*Legal.loc. à contrar.num.*1. Atqui ſi feudũ antiquum jure feudi novi non cõſentientibus agnatis concedatur, propterea novum non efficitur. Petr. de Gregor. *in d. tr. part. 5. quæſt. 3. num. 8.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 49.* ubi ita in Camera obſervatum, in cauſa Haller contra Brandenburg/ ſcribit. Eodem igitur modo, ſi feudum novum concedatur jure feudi antiqui, non debet effici antiquum, ut contrariorũ eadem ſit diſciplina.
† Ad hoc argumentum reſpondeo, hic nõ eandem, ſed diverſam eſſe rationem. Nam ſi feudum antiquum fieret novum, hoc præjudicaret agnatis, quibus invitis jus ſuccedendi ex pacto & providentia primi acquirentis quæſitum, auferretur contra text. *in c. 1. an agn. vel fil. & in c. 1. de Vaſal. decrepit. ætat.* Aſt quod feudũ novum fiat antiquum, per hoc cõcedentẽ tãtùm lædit, qui ſibi optimè hac in parte præjudicare poteſt, factum enim cuiq; ſuum non alteri obeſſe debet. *l. factum cuiq; ſuum. 155. ff. de reg. jur.* Everh. *d. lo. à contrar. num. 9.* † Minùs adverſatur, quod is, qui alii, quàm ei cujus jure ſubjectus ſit, ſtipulatur, nihil agat, *§. ſi quis alii, 4. §. alteri, 18. Inſt. de inutil. ſtipul. L. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri 17. ff. de verb. oblig.* † Quia aliter conſuetudine Feudorum receptum eſt, *c. 1. de feud. March. c. 1. de duobus fratr. à Capit. inveſt.* Qui tamen textus nõ agunt de ſtipulatione, quæ ſeorſim & per ſe cõſiſtere debet, ſed de pacto, in cõtinenti adjecto,

9 10 11

ut conſervet ſucceſſionem feudi. Sic & ſpecialiter jure civili conſtitutum eſt in donante ut pactum adjectum in favorem alterius valeat. *l. quoties 3. C. de donat. qu. ſub. mod. gl. in d. §. ſi quis alii. verb. nihil agit.* Mynſing. *in d. §. alteri.*
12 *Inſtit. de inutil. ſtipulat.* † Hoc tamen tum demùm verum eſt, cum feudum eſt ſeculare, & à Laico jure feudi antiqui conceſſum: ſecus ſi
13 feudum fuerit Eccleſiaſticum. † Etenim feudum novum à Prælato, vel Epiſcopo tanquam antiquum conceſſum, non ſortitur qualitatem feudi antiqui, ſed novum manet. Prȩlatus enim vel Epiſcopus Eccleſiæ conditionem deteriorem facere, & res Eccleſiæ non ſolitas infeudari, in feudum dare prohibetur. *L. jubemus C. de Sacro. Eccleſ. c. cum Apoſtolica, de his qu. fiunt à præl.* Gabriel Roman. *d. concl. 1. num. 6. hered. de feud. cap. 4. num. 9.*

## CAP XXVII.

### AN IN DUBIO FEUDUM PRÆſumatur eſſe Novum vel Antiquum.

Summaria.

1 *Feudum regulariter præſumitur antiquum.*
2 *Ponuntur rationes, & num. 3. 4.*
5 *Feudum novũ eſſe dicẽs, illud probare tenetur.*
6 *Quando opinio hæc procedat.*
7 *Diluitur objectio.*
8 *Allegans qualitatem, eam probabit.*

Regulari-

REgulariter quodlibet feudum præſumitur antiquum,& ab illo,qui eſt agnationis cõmunis parens acquiſitũ *.c.1.§.fin de ſucceſ.fratr. ubi incumbit probatio ei qui feudum novum eſſe dicit c 1.à prin. ſi de feud. defun. cont. int. dom. & agn. 2.F.26.ubi agnati in poſſeſſione feudi, de quo quæritur,conſtituẽdi ſunt.c.1.§.Item placet de inveſt.in marit. fact.* Zas. *de feud. part. 11. num. 31.* Borch. *de feud. c. 4.num.3.* præſertim accedente diutina poſſeſſione. Weſemb.*tr.feud.c.2.n.8. & c.12 n 1.* † Ratio quia novum feudũ dependet à Conſtitutione nova,& à cõtractu, ſeu cõceſſione,quæ cùm ſint facti *l.concilio.7.in fin. ff.de Curat.furios.*probari debet.*l.aſſeveratio 10.C.de non num.pec.* † Secundò,quia in dubio id,quod benignius eſt,prçſumitur *l.fin.C.quib.bon.ced.poſ. l.ſemper 9.ff de reg.jur.l.prox.3.ibi,in re dubia benigniorẽ interpretationẽ ſequi non minus juſtius eſt quàm tutius.ff.de his qu. in teſtam. delen.* Benignius autem eſt præſumi feudum antiquum quàm novum,ob id, quod admittãtur adgnati, qui aliâs eſſent excluſi. Æquitati enim cõvenit, ſimilia bona cõſervari in agnatione & familia. Jaſon *in uſib.Feud.num.99.* † Tertiò, quia magis præſumimus id,quod naturale eſt, cujuſmodi eſt,quod ex ſucceſſione progenitorum accepimus,quàm quod eſt accidentale,*l.qui habet 3. à prin.ff.de tutel. l.ſi quis poſthumos 9.à prin.ff.de liber.& poſth.* Tyraqu. *tract.de retract.p.1,§.32,*

1 (margin, line 1) 2 (margin, "Ratio") 3 (margin, "Secundò") 4 (margin, "Tertiò")

5 *gl.1.num.* 91. † Eamq; ob cauſam onus probandi incumbit ei, qui novum feudum eſſe dicit, ille enim probare debet qualitatem, qui in ea fundamentum facit *l. habebat.* 13. *ff. de inſt. act. l. de-*
6 *nunciaſſe* 17. §. 1. *ff. ad L. Iul. de adult.* † Et procedit hæc opinio, quādo Vaſallus vel ejus heredes reperiūtur in poſſeſſione feudi. Poſſeſſio namq; tribuit Vaſallo præſumtionē, *l. circa* 14 *ff. de probat.* ſecus eſt, quando dominus in poſſeſſione feudi eſt, & Vaſallus contra dominum feudum poſſidentē agit, quo caſu feudū non antiquum ſed novum præſumitur *c.* 1 *in f. de cont. int. me & dom. feud. de port. feud.* Soac. *in prælud. feud. cap.*
7 45. *num.* 22. Vult. 1. *Feud. cap.* 8. *num.* 8. † Nec obſtat, quod de præſenti præſumitur in præteritum *l. ex perſona.* 3. *C. de probat.* Nam ſecundum Borch. *d. cap.* 4. *num.* 5. hæc regula nō procedit, quādo de qualitate aliqua agitur, in qua præſens ſtatus non concordat, cum primo ſtatu rei, tunc præſumtio non dicitur de præſenti in præteritū. Et ideo quamvis res hodie ſit feudalis, tamen retrò feudalis fuiſſe non cenſetur. Neutro poſſidente, hoc eſt, neq; Domino neque Vaſallo præſumitur feudum non novum ſed antiquum eſ-
8 ſe. Soac. Vult. *dd. loc.* † Ex quibus elicitur axioma, quod qui allegat qualitatem, ſuper quam jus ſuum fundet, etſi nulla pro eo eſt præſumtio, qualitatem probare teneatur, ſive is ſit actor, ſeu reus, *cap.* 1. *in fine. de ſucceſſ. fratr.* Zas. *part.* 11. *Feud. n.* 32.

## CAP. XXVIII.

## VTRUM FEUDUM SIMPLICIter conceſſum præſumatur hereditarium, an verò ex pacto & providentia.

Summaria.

1 *Quidam putant feudum ſimpliciter conceſſum præſumi hereditarium.*

2 *Veriùs eſt, feudum in dubio præſumi ex pacto & providentia.*

3 *Quilibet ſecundũ leges agere voluiſſe cẽſetur.*

4 *Actus in dubio intelligitur factus ſecundum id quod jus diſponit.*

5 *Qualitas extrinſeca contra nâturam rei non præſumitur.*

6 *In dubio magis favetur ſanguini, quàm cauſæ extraneæ.*

7 *Objectionibus reſpondetur; & num. 8.*

EXiſtimat Andr. Gail. *lib.2.obſ.154.num.9.*& 1
alii complures, quos Phanuc. de Phanuc. *tract. de invent. hered. part. 6. num. 9.* allegat, feudum ſimpliciter conceſſum, nulla mentione filiorum vel heredum facta, in dubio hereditariũ præſumi, i. e. pro heredibus receptum, per text. *in c. 1 de duob. fratr. à Capit. inveſt.* ubi exprimitur, quod in dubio quiſq; ſibi & heredibus ſuis proſpicere voluiſſe cenſeatur. fac. *l pactum. 9. in ff. de probat.* Bald. *in c. 1, an agn. vel fil.* Petr. de Gregor. *de cõceſ. feud. part. 6. quæſt. 1. n. 11.* † Ma- 2

gis crediderim, eam ſententiam amplectēdam, quæ vult, in caſu dubio feudū præſumi ex pacto & providētia, prout tenet Clar. *§. feudum. qu. 9. num. 6.* Hartm. Piſtor. *qu. feud. 1. num. 75.* Mynſing. *cent. 4. obſ 2. num. 5.* ubi ſecundū hanc ſententiam in Camera Imperiali pronunciatū re-
3 fert. † Etenim in omni diſpoſitione talis præſumitur eſſe mens ac voluntas diſponentis, qualis de jure communi eſſe debet. *c. cum dilectus. 8. de conſuet. l. quamquam 62. ff. de rit. nupt. l. quidam. 132. ff. de verb. oblig. l. ſi duo. 38. ff. de acq. vel amit. hered.* Alciat. *lib. 1. de verb. ſign.* Sebaſt. Vant. *tr.*
5 *de nullit. rubr. ex defect. citat. nu. 94.* † Et in dubio actus intelligitur factus ſecundum id, quod jus diſponit. *arg. c. ex literis de conſtit. c. ſedes Apoſtolica de reſcript.* Obrecht. *de feud. cap. 3. nu 106.* Hart. Piſt. *qu. feud. 13. num. 73.* Sic ergo in dubio feudum ſemper præſumitur ſecundum propriam naturam eſſe conceſſum *c. 1. §. fin. quid ſit inveſt.* & ibi Baro à Tautenb. Roſenth. *de feud. c. 2.*
5 *concl. ult.* † Deinde juris eſt, quod qualitas extrinſeca, quam contra naturam Feudorum habet feudum hereditariū, ut ſcilicet hoc feudū perveniat ad heredē hereditatis, in dubio minimè præſumitur. *arg. l. ſi ita ſtipulatus fuero 126. §. Chryſogonus. 2. in f. ff. de verb. obl. l. ſi repetendi. 7. & de condict. ob cauſ. dat.* verùm potiùs qualitas, quæ ex juris diſpoſitione ineſt, ſemper tacitè repetita intelligitur. *arg. l. ſi cui. 9. ff. de ſervit. d. l.*
6 *quamquam.* † Quia in dubio magis favetur ſan-

guini. *l.1.§.largius 12.ff.de ſucceſſ. edict.* quã cauſæ extrãeę, cujus potior eſſet ratio, ſi feudũ eſſet hereditarium, & in eo eſſet ſucceſſio, ut in re allodiali. Extraneus enim heres inſtitutus præferretur agnato à Vaſallo præterito. † Nec adver- 7
ſatur huic noſtrę opinioni, quod in dubio quilibet ſibi, & ſuis heredib. proſpexiſſe videatur. Nã in hac materia illa præſumtio tãtùm procedit in heredibus feudalibus, id eſt, ſanguinis. Semper enim præſumendũ eſt feudum ſecundum ſuam propriam naturã fuiſſe cõceſſum, niſi ejus alteratio probetur, ſed propria natura feudi eſt, ut tranſmittatur ad heredes ſanguinis *c.1.de ſucceſſ. feud.c.1.verſ.etſi clientulus.de alie.feud.c.1.§.Titius.fin.2.Feud.26 ſi de feud.def. cont. int. dom.& agn.def.* Everh. *in Topic.legal.loc. à feud.ad Emphyt.n.6.* † Minus obſtat *d.c.1.de duob.fratr.à* 8
*Capit.inveſt.* ubi ob hujuſmodi præſumtionẽ filia heres non feudalis admittitur. Eſt enim ſpecialis ejus deciſionis ratio, de qua ibi videatur, Franciſ. Hottoman.

## CAP. XXIX.
## FEUDUM CONCESSUM PRO ſe & ſuis qualiter intelligatur.

Summaria.

1 *Feudum pro ſe & ſuis eſſe hereditarium cenſet Pinellus.*

2 *Conceſſio feudi in dubio intelligitur ſecũdum conſuetudinem feudorum facta.*

3 *Appellatione ſuorum qui veniant jure feudali & jure civili, num. 4.*

1 INter conceſſionem feudi pro ſe & ſuis heredibus, & inter conceſſionē pro ſe & ſuis ſimpliciter, nullam eſſe differentiam, & ſic feudum ſub hac forma datū, dici hereditariū tenet Pinel.
2 *ad l.1. part.3. n.90. C. de bon. maternis.* † Contraria tamen ſententia rectius defenditur, cum forma conceſſionis feudi in dubio alia non apparente præſumatur facta ſecundum cōmunem cōſuetudinem, & communes regulas juris feudalis,
3 † quo jure appellatione ſuorum veniūt ſaltem maſculi illi, qui de natura feudi ſuccedere poſſunt, *c.1. §. etſi. clientulus de alie. feud. c.1. §. Titius. fin. de feud. def. cont. int. dom. & ag. def. 2. F. 26. c 1. §. ſimiliter. de L. Corrad.* Petr. de Greg. *de conceſſ. feud. part. 6. qu.1 num.15. Piſtor. qu. feud.1. nu.22.*
4 † Licet de jure civili appellatione ſuorū veniant illi, qui ſunt in poteſtate patris vel avi, tàm maſculi, quàm fœminæ, *§. ſui autem. 1. Inſt. de hered. qual. & differ. L. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſth. l. 1. §. ſuos. 2. ff. de ſuis & legit. hered.* Et hanc opinionem veriorem eſſe evidens eſt ex iis, quoque, quæ in cap. præcedenti diximus.

## CAP XXX.

## AN VASALLUS DE RE FEUdali teſtari poſſit?

Summaria.

1 *Vaſallus de Feudo teſtari nequit.*

*Amplia-*

*Ampliatur num. 3.*
*Fallit, ſi feudum ſit novum. n. 7.*
*Fallit, ſi feudum ſit hereditarium. n. 8.*
*Fallit, ſi feudum ſit alienabile. num. 9.*

2 *Cauſa prohibitionis.*
4 *Pia cauſa delictum non excuſat.*
5 *Pater uni filiorum feudum attribuit voluntate fratrum.*
6 *Objectio, & ejus reſponſio.*

REgulariter Vaſallus de feudo in teſtamento diſponere non poteſt, Text. expreſs. *in cap. 1. à princ. ibi,* nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente. *de ſucceſſ. feud. 1. F. 8. c. 1. §. donare. qual. olim. pot. feud. alien. 2. F. 9. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Feudiſtæ communiter *in c. 1. de alien. feud. pat.* Diſponere ſive alienare nequit, hoc eſt, teſtari, ordinare, heredem inſtituere, legare, fideicommittere, mortis cauſa donare. † Hujus prohibitionis cauſam duplicem eſſe putat Hottom. *in d. tit. de ſucceſſ. feud.* I. Quia Patronus perpetuam ſibi beneficij autoritatem retinet: ut cuicumque de ſtirpe feudum obvenerit, is non parentem ſuum, ſed patronum beneficij autorem agnoſcat. Ergò de ijs tantùm teſtari licet, quæ ad heredem non aliunde, quàm ex teſtatoris, atquè adeò ex teſtamenti beneficio perveniunt *L. ſi arrogator. 22. π. de adoption. l. quia perinde*

(margin numbers: 1 at first line, 2 at "Hujus prohibi-")

*42.π.ad SC.Trebell.* II. Quia vetuſtiſſima Lotharij I. lege ſucceſſorum omnium Conſtitutionibus confirmata, ſancitum eſt, ne feudum alienari jus ſit. Jus ergo Vaſalli, quod habet in re feudali ipſius morte expirat, exemplo uſusfructus, qui & morte uſufructuarij finitur. *§. fini-*
3 *tur. 3. Inſt. de uſufruct.* † Adeoquè nec pro anima quidem aliquid Vaſallo relinquere licet. *cap. 1. §. donare, ibi.* vel pro anima. *qualiter olim feud. pot. alien. 2 F. 9.* Idque teſtimonio Vultei *1. Feud. cap. 9. num. 71.* procedit etiam de jure
4 Canonico, ut communiter receptum. † Nequè enim pia cauſa ipſius Vaſalli delictū, quod hac alienatione in Dominum committit, poteſt excuſare. Namquè ſi velit eſſe pius, ſi in captivos, pauperes, liberalis, de ſuo ſit. Baro à Tautenb. in *d. §. donare. n. 3.* Roſenth. *de feud. c. 7. concl 3.* †
5 Poteſt tamen pater inter vivos bona ſua ita dividere, ut uni filiorum totum feudum attribuat: ſed ea diviſio voluntate fratrūqui conſentiendo ſuam partem refutare videntur, fieri intelligitur *c. 1. §. omnes filij ſi de feud. def. cont. int. dom. & agn. 2. F. 26.* Hottom *d. loco.* Gail. *lib. 2. obſ. 116. n. 9.* uni enim filiorum ex filijs pater totum feudū prælegare, vel uni teſtamento plus quàm alteri relinquere non poteſt, quia lex feudalis reſiſtit, quæ vult feudū, ad omnes filios æqualiter pertinere *c. 1. §. & quia vidimus 1. F. 1. c. 1. à princ. de ſucceſſ. feud. arg. c. Imperial. verſ. habito. de prohib.*

*feud.*

*feud.alien.per Frid.* Jacobin. *in ſua inveſt.verb.& cum pacto quod de ipſo feudo. n. 2.* Zaſ. *vol. 2.conſ. 20 n.16.& ſequ.* Wurmbſ.*tit.51.obſ.32. Duar.c 12. n.17 Feud.*Borch.*de feud.c.7.mod.2.n.4.*† Vaſallũ 6
uni ex filiis feudũ adſignare poſſe volunt *tt. Inſt. & ff.de aſſig.liber.& l.ult.C.fam.Erciſc.l.parentib. 8.C. de inoffic.teſtam.* Sed hi text. jure Feudorum non obtinent, quo alienatio ſine Domini & eorum quorum intereſt conſenſu, interdicta eſt.*d. c. Imperialem.c.1.de alien.feud.pater.* † Excipiun- 7
tur verò quidã caſus, in quibus vaſallo de feudo diſponere licet. Primus eſt, ſi feudum ſit novũ, quod vaſallus alienare poteſt etiã in præjudiciũ filiorum. *arg. d. c.1.de alien.feud. pat.c.1.in f.ſi de feud.def.cont.int.dom.& agn.2.F.26.*modò intervenerit conſenſus Domini. Clar. *§.feudum. qu. 40.*Hart. Piſtor. *qu.feud.4.*Namquè in eo feudo novo deſcendentes primi acquirentis ante eius mortem nullum habent jus, & ejus facto contravenire non poſſunt. Schneid. *in §. quædam actiones. tit.famil. Erciſc. num.15. Inſt. de action.* Contractus enim mutuo contrahentium conſenſu diſſolvuntur.*l.1 C.quand.lic.ab emt.diſced. l. nihil tam naturale.35. π de reg.jur.*& nihil tam conveniens naturali æquitati, quàm voluntatẽ domini volentis rem ſuã in alium transferri, ratã haberi, *L qua ratione 9. § hæc quoq́, 3.π.de acquir. rer.dom.* Ergò poſt mortẽ demum patris jus filio competit, niſi contrahentes mutata voluntate

à con-

à contractu receſſerint. Borch. & Piſt. *dd. locis.* videatur Anton. Gabr. Roman. *lib. 3. com. concl. tit. de jur. Emphyt. concl.* 2. Et memoriæ tene quod jura feudalia, quæ ſtatuunt feudi alienationem ſucceſſoribus non præjudicare, loquantur de feudo paterno ſeu antiquo, ut in *d. c. 1. de alien. feud. pat.* & alibi, ex quo judicari videtur, in feudo novo aliter eſſe judicandum, ſcilicet aliena-
8 tionem videri permiſſam. † Secundus caſus eſt, ſi feudum eſt hereditarium, de quo, ſive ſit novum ſive antiquum, quin Vaſallus pro arbitrio ſuo haud ſecus, atque de bonis ſuis allodialibus teſtari poſſit, dubium non eſt, adeò ut cuicumquè volet illud relinquere poſſit, etiam perſonæ extraneæ. H. Piſtor. *qui feud. 1. num. 61.* Vult. *d. cap. 9. num. 74.* & Gail. *2. obſ. 154. num.*
9 *13.* † Tertius caſus eſt, ſi feudum ea Lege ſit conceſſum, ut ipſe & ejus heredes, aut cui ipſe dederit, habeant, *cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. cap. 1. §. feudum ea lege. 2. F. 26. ſi de feud. def. cont. ſit. int. dom. & agn. Vaſ.* ubi enim alienatio permiſſa eſt, ibi & heredis inſtitutio permittitur *l. ſi quis 8. §. cæterum. C. de ſecund. nupt* Jacobin. de S. G. *in verb. & quibuſcumquè num. 3. & in verb. in feudum, num. 13.* Obrech. *de feud. cap. 3. num. 105.*

CAP.

## CAP. XXXI.

## SI FEUDUM IN TESTAMENTO relictum non debeatur, num ejus æſtimatio debebitur?

Summaria.

1 *Ratio dubitandi.*
2 *Feudum extra commercium eſt & ideò æſtimatio non debetur.*
3 *Objectio.*

EX hiſce, quæ in præcedenti capite diximus, emergit iſta quæſtio! Num ei cui in teſtamento feudum fuerit legatum, relicti æſtimatio debeatur? † Ita voluiſſe videatur Specul. *tit.* 1
*de locat. §. nunc aliqua. per l. filiusfam. 114. §. ſi quid alicui. 5. π. de legat. 1.* † Sed feudum extra 2
commercium eſt, *c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frider.* Petr. de Ferrar. *form. lib. ad revocat. feud. verb. nec ſuperſtitibus. num. 18.* Ideò nec æſtimatio debetur. *§. non ſolum 4. Inſtit. de legat.* quia nullius momenti eſt tale legatum, *c. 1. qual. olim pot. feud. alien.* Quod enim non valet, ac inutile reputatur. non poteſt producere effectum. Everhar. *loc. à feud. ad Emphyt. num. 16.* Gail. *lib. 2. obſ. 154. num. 14. & lib. 2. de pac. publ. c. 14. num. 5.* † Nec quicquam impedit *d. l.* 3
*filiusfam. §. ſi quid alicui.* Quia illa res in commercio erat communi, quamvis non eſſet in com-

commercio legatarii: At rei feudalis commercium non eſt in communi, ut patet in *d. c. Imperialem.* Jacobin. de S. G. *in ſua inveſt. verb. & cum pacto, quod de ipſo feudo. num. 6.* Weſemb. *in d. §. non ſolum. num. 3. Inſt. de legat.*

## CAP. XXXII.

## AN IN FEUDO EMTITIO FOEminæ ſuccedant.

### Summaria.

1 *Affirmativa opinio & ejus ratio num. 2.*
3 *Negantium approbatur opinio. & num 8.*
4 *Feudum emtum quatenus dicatur feudum improprium.*
5 *Feudum in quibuſdam contra naturam feudi conceſſũ, in cæteris retinet naturã propriã.*
6 *Propter ſervitium militare fœmina à ſucceſſione removetur.*
7 *Natura ſucceſſionis feudi pacto expreſſo mutatur.*
9 *Reſpondetur opinioni affirmantium.*

APud nos neceſſaria eſt quæſtio! Utrum feudum emtũ deficientibus maſculis apud filias remanere debeat, vel ad dominum revertatur? De qua quæſtione gravis diſputatio eſt, & de illa diverſa reperiuntur præjudicia Ca-
1 meræ Imperialis. † Qui affirmativã partem tenent, hoc argumento utuntur, quod feuda emta habean-

habeantur pro bonis allodialibus, quorū nō minus capaces ſunt fœminę atq; mares, magis enim fœmina ex vi & natura contractus venditionis, quàm feudi ſuccedit. † Deinde feudum emtum 2
per pecuniam, non eſt propriè feudum, cum non ſit gratuitum, & ſic non competit ei definitio feudi, per text. *in cap. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiß.* ubi dicitur, feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed honore & amore domini acquirendum eſſe. Odofred. *in ſua ſum. tit. qui in feud. ſucced. poß.* Ant. Gabr. Rom. *lib. 6. com. concl. tit. de verb. ſign. concl. 6. n. 56.* Clar. *§. feud. qu. 73.* ubi hanc opinionem communem atteſtatur, & ſecundum illam in Càmera Imp. judicatū notat Gail. *lib. 2. obſ. 159. n.* † Partem verò negativā 3
videlicet fœminas in feudo emto non ſuccedere tenent alij, quorū ſententiam veriorem eſſe cenſeo, propter generales placitorum feudaliū regulas, quæ fœminas à ſucceſſione feudi arceri volunt. *c. 1. hoc autem de his qui feud. dar. poß. c. 1. §. filia verò. de ſucceß. feud. c. 1. §. filias. de grad. ſucceß.* Garzon. *tract. de fœm. ad feud. recip. n. 103.* Wurmbſ. *tit. de feud. 51. obſerv. 14. obſerv. pract. & obſerv. 3. n. 2. eod. tit.* Jacobin. de S. G. *in u. & fœmin. n. 6.* ubi ſcribit, ſe vidiſſe in facto contra ſententiam affirmativam judicari. Gothofr. *in not. ad tit. 1. F. 1. §. hoc autem.* Zaſ. *vol. 2. conſ. 22. num. 25.* † Et licet hoc feudum emtum 4
recti feudi naturam non habere dicatur quia

cum

cum feudum beneficium ſit, gratuitum eſſe debeat. *cap. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiß.* In cæteris tamen capitulis ad feudum pertinentibus huic feudo emto natura feudalis permanet, atquè adeò etiamſi de ejus ſucceſſione quæratur naturam ſuam propriam retinet. Recepti
5 enim juris eſt † quod licet feuda in aliquibus contra naturam feudalem concedantur, in reliquis tamen capitulis, quæ non ſunt alterata, feudum in recta & ſimplici natura remanet. Zaſ. *de feud, part. 8. num. 37.* qui ſe ita cónſuluiſſe in negocio Epiſcopi Curienſis dicit. *& part. 12. n. 3. & num. 20.* Hart. Piſtor. *qu. feud. 34. num. 9. & qu. feud. 38, num. 48.* ubi ita in provinciis Saxoni-
6 cis obſervari annotat. † At in aperto eſt, quando de feudo, ut hîc præſupponimus, præſtatur ſervitium militare, tum ſane à natura feudi regulariter excludente fœminas à ſucceſſione, nihil penitus ob ipſam emtionem eſſe immutatum, quippe cum hoc potiſſimùm ratione ſervitiorum ita conſtitutum ſit. Conſequens igitur eſt, etiam feudum emtum hanc ſuam priſtinam naturam retinere, ut in eo fœminæ ſuccedere non
7 valeant. † Certum namquè eſt, naturam ſucceſſionis in feudis non mutari, niſi pactis expreſſis *cap. 1, de fratr. de nov. benef, inveſt, cap. 1. in f. de*
8 *feud. March.* † Quam ſententiam veriorem & conſuetudine receptã ait Schneid, *part, 6. Feud. de ſucceß. ab inteſt, num, 22,* eamquè in Camera appro-

ra approbatam refert Myſing. *7. obſ.73.* Diverſa illa præjudicia Cameræ ex ratione circumſtantiarum conciliari poſſe monet Vult. *lib. 1. Feud. cap. 9. num. 44.* quem ſi lubet vide. † Ad priorem opinionem ut cõtrariam facilis eſt reſponſio, cum feudum emtitium non ob id in totum degeneret à propria natura feudi, etiamſi pecunia emtum ſit, nec ideo ſit allodiale, hoc eſt, proprii patrimonii, juxta Mart. Laudenſ. *in c. 1. §. & quia, de his qui feud. dar. poſſ.* qui & ita ſe conſuluiſſe ſcriptum reliquit, Ludov. Vital. *lib. 2 var. lect. jur. civ. cap. 30. num. 4.*

## CAP. XXXIII.

## AN IN FEUDO FRANCO fœminæ ſuccedant.

Summaria.

1 *Definitur feudum Francum.*
2 *Fœminas in feudo franco non ſuccedere volunt aliqui, per rationem num. 3.*
4 *Ceſſante una cauſa prohibitionis, non ceſſat tota prohibitio.*
5 *Fœminas in feudo Franco ſuccedere alii tenẽt.*
6 *Horum opinio defenditur.*
7 *Præſtatio ſervitiorũ de ſubſtantia feudi nõ eſt.*
8 *Pacta contra naturam contractus valent.*
9 *Diluitur contrarium argumentum.*

FEudum Francum definitur, in quo Vaſallus ad ſervitia non tenetur, fidem tamen Domi- 1

no ſervare debet. Soac. *in prælud. feud. cap. 49. num. 30.* Zas. *parte ult. num. 26. de feud.* Unde dicit Baldus *in 8. Feud. diviſ.* feudum francum liberum eſſe à ſervitiis, ſed non à maleficiis, ſive in faciendo, ſive in omittendo, cōſiſtentibus. In illo an fœminæ ſuccedant, multa & varia quæ-
2 ſtionis dubitatio ſubeſſe ſolet. † Quorundam opinio eſt, quod non. Jacobin. *in ſua inveſt. verb. & fœminis nu. 5.* Schneid. *part. 6. Feud. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 18.* Duar. *c. 10. de Feud. num. 7.* Fa-
3 chin. *7. controv. cap. 40.* † cum generaliter jure feudali receptum ſit, fœminas minimè in feudis ſuccedere. *c. 1. §. hoc autē. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. filia verò, de ſucceſſ. feud. 1. F. 8. cap. à princip. de ſucceſſ. fratr. 2. F. 11. cap. 1. de feud. fœm. 2. F. 30.* Nam ſecundum hanc regulam fœminæ ex ipſa natura feudi à ſucceſſione remotæ eſſe videntur, cui nulla unquam ſubjecta exceptio eſt, niſi vel ſi pacto feudum acquiſitum, vel ſit fœmineum, hoc eſt, à fœmina primò acquiſitum. *dd. textibus.* Sonsb. *part. 4. num. 3.* Quamvis igitur hoc feudum Francum ob immunitatem paulò à propria Feudorum natura recedere videatur, attamē illud in ceteris ſuam priſtinā naturam retinet, & pro vero reputatur feudo. *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48.* Præter verò præſtationem ſervitiorum Vaſallus ad multa alia domino ſuo obligatus eſt, quæ juramento fidelitatis continentur, de quibus in *tit.*

*5, 6. 7.*

*5. 6. 7. lib. 2. Feud.* quæque à muliere præſtari non poſſunt. † Præterea ſatis notum eſt, quod 4
unâ cauſâ prohibitionis ceſſante non propterea ceſſet tota prohibitio, *arg. §. affinitatis. Inſt. de nupt. cum ſimilibus.* Zas. *part. 8. num. 44.* Et hanc opinionem veriorem eſſe putat Borch. *cap. 7. med. 2. num. 68.* Ad textum in *c. ſi cui mulieri titul. 104. Feud.* qui contrarius, reſpondent, iſtud capitulum extraordinarium non eſſe authenticum, ac propterea illo tutò quem niti non poſſe. † Alii volunt, quod fœminæ 5
ad ſucceſſionem feudi Franci admittantur. Anton. Gabr. Roman. *comm. concluſ. lib. 5. titul. de verb. ſignif. concl. 6. num. 59.* Hartm. Piſtor. *qu. feud. 34. num. 32. & alii ibi relati.* † Et iſta videtur 6
tutior opinio per textum extraordinarium in *d. tit. 104.* & per regulam, quâ dicitur, ceſſante ratione legis, ceſſare ipſam legem. Sed ratio legis prohibentis, nempe officiũ militare, & ſervitiũ in feudo Frãco ceſſat. Et potiſſima cauſa fœminarum à feudis, eorundemq; ſucceſſione excludendarum, eſt onus ſervitiorũ à Vaſallo præſtandorũ Domino *arg. c. 1. in fin. an mut. ſurd. vel al. imperf. 2. Feu. 36.* Ubi autẽ plures ſunt diſpoſitionis alicujus cauſæ, ceſſante eâ quæ inter illas eſt potiſſima, ceſſat etiam diſpoſitio, per *c. quoniã. §. porrò. & §. cui autẽ. ut lit. non conteſt.* † Nec eſt de ſubſtãtia feudi præſtatio ſervitiorũ, 7
ſed de natura *cap. 1. hic fin. lex. deind. conſuet. 2.*

*F.28.c.1.* §. *ſed nec aliæ qu.fu.prim.cau. benef.2.*
8 *F. 23.* † Et pacta contra naturam contractus valere poſſunt, ſed non contra ſubſtantiam, *l. paciſci 31. ff. de pact. l. pacta conventa 72. ff. de contract. emt. l. ubi ita donatur 27. ff. de donat.*
9 *cauſ.mort.* † Nec adverſatur, quod textus *in d. c. ſi cui militi.* eſt extraordinarius, & ideo ei non credendum. Nam plus eſſe credendum textui quamvis extraordinario, quã autoritatibus Doctorum, monet Vult, *lib. 1. Feud. cap. 9. num. 42. & cap. 7. num. 91.*

## CAP. XXXIV.
## DE SUCCESSIONE ASCENDENTIUM.

Summaria.

1 *Aſcendentes in feudo non ſuccedũt, per rationem num. 2.*

*Fallit, quãdo pater favore filii feudũ paternum refutavit, ut ipſe inveſtiretur. nu. 3*

*Fallit, quando filius ob benemerita patris fuit inveſtitus. num. 4.*

*Fallit, ſi pacto conventum, ut filiis ſuccederent. num. 5.*

1 SUcceſſionis feudi talis eſt natura, quod aſcẽdentes non ſuccedant, *c. un. à princ. de nat. ſucceſ. feud. 2. F. 50. c. 1. de ſucceſ. fratr. 2. F. 11.* Petr. de Gregor. *de conceſ. feud. cap. 5. qu. 4. nu. 8.* Hart. Piſtor. *qu. feud. 19. num. 5.* H. Hartman.
*in tit.*

*in tit.de ſeud.54.obſ.17.num.*1. † Ratio eſt, quia ſi 2
feudum eſt antiquum, tūc impoſſibile eſt, quod pater filio ſuccedat, vel avus, cum feudum à patre vel avo in filium defluat. Si autē feudum novum eſt, & filio conceſſum, tunc decedēte eo ſine deſcendentibus, feudum ad dominū revertitur, & non ad patrē, nec ad avum cōtra juris civilis diſpoſitionem, quo equidem parentes ad hereditatē filiorum vocantur. *Auth.defuncto.C. ad SC.Tertul.* Imò non minus hereditas filiorū eſt debita parētibus, quā ecōtra. *l. nam etſi parētib.15.à prin.ff de in offic.teſtam.* H. Hartm.*pract. obſ.d.tit.de feud.obſ.46.nu.*2. Mynſ. *cent.3.obſ.93.* Zas. *de feud.part.8.num.*2. † Excipiuntur tamen 3
caſus nōnulli, ubi aſcendentes ſuccedūt in feudis. Primus eſt, quādo pater favore filii feudum paternū refutavit, ut filius inveſtiretur, tunc filio, vivo patre, mortuo ſine liberis feudū ad patrem redibit, Borch. *de feud. c.7.mod.2.nu.9.* Et ita in Camera Imp. determinatum fuiſſe refert Mynſ. *d.obſ.93.* Æquum enim hoc caſu potius ad patrem quā ad agnatos aut dominum feudū reverti debere per text.*in c.1.de Vaſal.decrep.ætat. 2.F.14.* Weſemb. *de feud.c.6.nu.8.*Sonsb.*de feud. c.9.n.48.* Nec obeſt: pater feudo renunciavit, Ergo nō debet amplius admitti ad illud, *l.quæritur 14.§.pen.ff.de ædil. edict.* Namq; hujuſmodi renunciatio finitur morte filii, cujus contemplatione erat facta *l.jubemus 21. C. ad SC.Vellejan.*

Jacobin. de S. G. *in verb. & unus et dictis Vaſal-*
4 *lis.n.10.* † Alter caſus eſt, quãdo filius reſpectu patris ob benemerita patris fuit inveſtitus, tunc quoq; filio decedẽte ſine herede maſculo pater in feudo ſuccedit. Duar. *de feud. c.11.nu.11.* Multa ſiquidẽ meritorum ratione admittuntur, quę aliàs vix permitterentur, ut prolixè videre libet apud Tyraqu. *in l. ſi unqã. verb. donatione largi-*
5 *tus.n. 15. & ſeqq. C. de revocand. donat.* † Tertius caſus eſt, quando expreſsè pacto conventũ fuit, ut aſcendentes ad feudũ filii admitterentur. *c.1. patr. in feud. non ſucced. tit. extraord. 84. arg. c. 1. §. fin. de ſucceſſ. feud. circa med. c.1. de benef. fratr. c.1. verſ. niſi ejus conditionis, de ſucceſs fratr.* Nam ſi extraneus omninò per pactum admittitur ad feudum, cur non & pater? *cap.1. de feud. non hab. propr. nat. 2. F. 48.* Duar. d. loco.

## CAP XXXV.

### AD QUEM USQUE GRADUM Tranſverſales ad ſucceſſionem feudi ſint admittendi.

Summaria.

1 *Textus feudales contrarii de propoſita quæſtione.*
2 *Conciliatio.*
3 *Ratio diſtinctionis.*
4 *Collaterales in omni feudo in infinitum uſque ſuccedere tradunt nonnulli.*

5 *In*

5 *In principatibus agnati in infinitum indiſtinctè ſuccedunt.*

DE hac quæſtione animadvertũtur in uſibus Feudorum opiniones pugnãtes. † Etenim 1 *in c.1.§.hoc quoq; 1.F.1.& c.1.§.hoc quoque.de ſucceß.feud.1.F.8.* dicitur, agnatos uſq; ad ſeptimũ tantùm gradũ ad ſucceſſionẽ feudi admitti. Sed *in c.1.de nat.ſucceſſ.feud.2.F.50.& c.1.ſi Vaſal.feud.priv.cui defer.* deciditur agnatos deficientibus deſcendẽtibus in infinitum ſuccedere. † Quos 2 textus cõtrarios ad concordiã diſtinctionis fœdere reducendos eſſe puto, hoc modo: Aut Collaterales Vaſalli defuncti ex primo acquirente ſunt procreati, & eorũ ſucceſſioni nõ minùs, quã deſcentiũ in infinitum locus eſt. *d.c.1.de nat.ſuc.feud.& d.c.1.ſi Vaſal.feud.priu.cui defer.* nam in his Collaterales pro deſcendentib. habẽtur *dd.text.d.c.1.§ hoc quoq;.1.Feud.1.* Weſemb.*de feud.c.6.n.19.* P.de Ferrar.*form.libel.ad revoc.feu.verb.nec ſuperſtitib.n.9.* Jacob.de S.*et.in verb.præſentes & recipientes.n.6.* Aut à primo acquirente feudum, tranſitus immediatè eſt factus in transverſales, veluti à fratre in fratrem, vel ejus ſobolem, & tunc locum habet ſucceſſio uſque ad ſeptimum ſaltem gradum. *c.1.§.hoc quoque 1.Feud.1.d.c.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ.Feud.* Pro hoc eſt & textus in *cap.1.§.ſatis benè.de prohib.feud.alien.per Lothar.2.F.52.* dum *ibi in fin.* tum demum feudum uſq; in infinitum tranſire dicitur

ſi hoc actum erit. Nam hinc rectè colligi poſſe videtur, niſi de hoc expreſsè conventũ fuerit, rẽ aliter ſeſe habere juxta juris feudalis regulas. †
3 Cujus diſtinctionis rationẽ hãc dare poſſe exiſtimat Gemmel. *in. ſuo tr. feud. part*. 8. quod ſi feudũ ex pacto ad fratrẽ vel ejus ſobolem perveniat, & ut novũ feudũ ad eam lineam devolvatur, tẽperanda ſit ſucceſſio, ne in infinitũ excurrat, cũ ſufficiat, ſi vel in paucis ex alieno cõpendio alicui conſulatur *l. tutori 20. C. de negot. geſt.* Ita diſtinguit Bald. *in cap. 1. de feud. March.* Mart. Laudenſ. *in c. 1. §. & quia. nu. 38. de his qui feud. dar. poß.* Quã diſtinctionem ut cõmunem Zas. *de feud. part. 8. n. 5.* & in Germania receptã. Vult. *1. Feud. c. 9. n. 105.* H. Hartm. *tit. de feud. 54. obſ. 16. n, 10. & ſeq.* ſecutã eſſe Cameram Imper. atteſtatur Mynſ. *cent. 2. obſ. 95. n. 4.* Gail. *lib. 2. obſ. 50.* & hodie ita obſervari ſcribit Weſemb. *in*
4 *π. ff. und. cognat. n. 4.* † Cõtrà & Tranſverſales in eo feudo, quod à primo acquirente nõ in quemquam deſcendentem, ſed in tranſverſalem fuit translatum; in infinitum uſq; ſuccedere, tenet Leopold. Hackelm. *in addit. ad Schneid. part. pr. 6. part. 2. cap. 4.* ſecutus Duaren. *cap. 11. num. 15. de*
5 *feud.* † In ſucceſſionibus Regnorum, & Principatuum agnati indiſtinctè, abſque pugna ſuccedunt in infinitum. Unde ſi tota proſapia regia ſit extincta, ſupereſſet autem adhuc aliquis de ſanguine antiquo, etiamſi ultra milleſimum gradum

gradũ eſſet, & tamen nõ à primo acquirente deſcenderet, ſuccederet in regno. Gail. & Myſ. *dd. locis*. Schneid. *part princ. 6 part. 2. cap 4. n. 14.* Duar. *d. c. 11. num. 15..*

## CAP. XXXVI.

### HERMAPHRODITUS AN IN feudo ſuccedat.

SI ſexu maſculino magis incaleſcat, certum eſt eum à ſucceſſione feudi non arceri. *per l. quæritur 10. π. de ſtat. hom. l. repetundarum 15. π. de teſtib. can. ſi teſtes. §. Hermaphroditus 4 q. 3. l. etſi quæſitum 6. inf. π. de lib. & poſth.* tunc enim mas æſtimatur *dd. textib.* Jacobin. de S. Georg. in *verb. March. num. 5.* At cum planè dubium eſt, utro ſexu ſit potior, reſpondit Baldus, quem allegat Alciat. *lib. 3. de verb. ſignif.* eũ beneficio excludi, cum hujusmodi conſuetudo ſtrictè accipi debeat. FF. *in c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1.* Nec veriſimile eſt, id actum, ut hujuſmodi naturæ ludibria ad ea beneficia admittantur, quæ nõ niſi Nobilibus & ſtrenuis viris ſolebant indulgeri. Beneficium ſi fœmineum ſit, non eſt ambigendum, quin ad id detur acceſſus, ita ut maſculus non ſuperſit, qui eum antevertit. *c. 1. de eo qui ſibi vel hered.* Ferrar. *lib. 3. Feud. cap. 9.* Sonsb. *de feud. c. 9. n. 74.* vid. Tyraqu. *de. ll. Connub. gloſ. 5. num. 70.* Unde verò hermaphrodi-

tus ita dicatur, docet Borch. *de feud. cap. 5. num. 45.* quem vide.

## CAP XXXVII.

### AN IN TANTUM VASALLUS DOmino ad juvandum ſit obligatus, ut ſalutem domini ſui præponere ſaluti propriæ teneatur?

Summaria.

1 *Servus ſalutem ſuam Domino non anteponit.*
2 *Affertur exemplum.*
3 *Vaſallus non tenetur ſalutem Domini ſua ſaluti præponere*
4 *Dominus majus habet jus in ſervum, quàm in Vaſallum.*
5 *Vaſalli æquiparantur libertis.*

1 SErvus equidem de jure civili, quotiens Domino ſuo auxilium ferre poteſt, non debet ſaluti ejus ſuam anteponere. Text. in *l. 1. §. juxta*
2 *hoc 28. π. de SC. Syllan.*† Hinc valdè cõmendatur ſervus Panopionis, qui cum cognoviſſet, milites ad occidendũ dominum ſuum veniſſe, cõmutata cum eo veſte, permutato etiam annulo, illũ poſtico clàm emiſit, ſe autem in cubiculum ac lectulum recepit, & ut Panopionem occidi paſſus eſt, ut commemorat Valer. Max. *lib. 6. cap. 8. de fid. ſerv. erg. Dom.* Simile exemplum fidelis famuli genere Nobilis erga Mauritium Du-

cem

cem Saxoniæ ſcriptum reliquit Scleid. *in comment. de ſtat. relig. & Reipubl. lib. 15. à princ.* † Sed 3
Vaſallus ita non tenetur, quoniam in juramento fidelitatis ſemper ſubintelligitur clauſula: Si Vaſallus poteſt, *c. 1. à princ. ibi, ſi poterit. de feud. ſin. culp. non amit. c. 1. à prin. quib. mod. feud. amit. c. 1. §. fin. de alien. feud. pat. c. 1. §. ad hæc hic finit lex, 2. F. 28. fac. L. omne delictum 6. §. pen. & ult. π. de re milit.* Jacobin. *in verb. & promiſerunt. n. 17.* Everh. *in Top. legal. loc. à libert. ad Vaſal. n. 13.* Unde, cum non potuerit Dominum juvare, aut nihil Domini interfuerit, eo videlicet lethaliter vulnerato aut aliâs omninò perituro: aut Dominum periiſſe vel mortiferè vulneratũ probabili ex cauſa exiſtimans, aut ipſe gravibus vulneribus morbovè ſontico affectus, aut cum pereundum ipſi ſit, fuga ſibi conſulere intẽtans, prælio ſe ſubduxerit, indemnis erit. *dd. textib.* Sonsb. *part. 11. num. 33. & part. 12. num. 12. verſ. fallit tertiò.* Zaſ. *part. 7. num. 37. Feudor.* † Nec argumen- 4
tum à ſervo ad Vaſallum hìc procedit. Majus namq́ue habet Dominus jus in ſervum, quàm in Vaſallum. † Deinde Vaſalli liberæ ſunt conditi- 5
onis, & conferri ſolent cum libertis, qui & ſalutem Patroni præferre ſaluti propriæ non tenentur text. *in l. hæ demum 38. π. de oper. libert.* Everh. *in d. loc. à lib. ad Vaſall. n. 12. & in loc. à ſerv. ad monach. n. 11.* Hinc vulgò fertur, ſtatuta in ſervos, ad homines liberos non pertinere. Duar. *de feud. cap. 14. num. 9.*

CAP.

## CAP. XXXVIII.

## NUMQUID FOEMINA FEUdum dare poſſit.

Summaria.

1 *Ratio dubitandi, & num. 2. 3.*
4 *Deciſio.*
5 *Ratio deciſionis.*
6 *Ad contraria argumenta reſpondetur. & num. 7. 8.*
9 *Mulieres genus avariſſimum.*
10 *Fœmina feudum quod ab alio obtinet, infeudare poteſt.*

DIſputatio eſt non inelegans omninò, etſi jus certum ſit, numquid fœmina feudum
1 dare poſſit? † Dubium primò facit, quod mulier feudum novum ideò conſtituere non poſſit, cum feudum militaris clientela ſit, quæ patronum clienti viciſſim obligat. Hottoman. *cap. 4. diſp. feud.* mulier autem patrocinium præſtare præſertim militare non valeat. Andr. Tyraquel.
2 *de legib. Connubial. part. 1. gl. 1. n. 62. & 69.* † Secundò traditur, fœminam jure Longobardorũ, unde Feuda originem trahunt, liberam rerum ſuarum adminiſtrationem non habuiſſe: fuerunt enim in perpetua tutela, quemadmodum olim Græcorum legibus & jure civili. Ulpian. *in Fragm. tit. 11. 20, 26.* Tyraqu. *d. lo. n. 72. & 73.*

Cujac.

Cujac. *lib. 7. obſerv. 11.* † Tertiò adducitur, quod 3
is qui feuda dat, juriſdictionem habere intelligatur, *cap. 1. de inveſt. in mar. fact. 2. F. 15. & c. 1. an apud judic. vel. cur. dom. 2. F. 46.* Fœminæ verò juriſdictionem exercere non poſſunt, eſt enim exercitium juriſdictionis officium civile, à quò fœminæ remotæ penitus ſunt. *l. fœminæ 2. π. de Reg. jur. & ibi Dd. com.* † Sed in contrarium 4
eſt textus apertus *in c. 1. §. fœmina. per quos fiat. inveſt.* cujus verba ſunt! *Fœminam quoque etiã novi Feudi inveſtituram facere poſſe. pleriquè conſentiunt. & text. in c. 1. à princ. in u. Abbatiſſa de his qui feud. dar. poſſ. in c. 1. à princ. ibi, vel Abbatiſſa. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. 1. Feud. 3.* † Ratio 5
datur iſta! Quia fœminæ bonorum ſuorum legitimam habent adminiſtrationem per regulã traditam in *cap. 1. §. novi verò, per qu. frat. inveſt.* Nam & jus civile mulieribus permittit facere donationes, adeò ut nec donanti SC. Vellejan. ſuccurrat. *L. ſed ſi ego cum muliere 4. §. proinde 1. π. ad SC. Vellej.* Si itaque fœmina de bonis patrimonij ſui feudum novum inſtituat, jurisdictionem in Vaſallum tanquam feudi domina, cæterasquè prærogativas inſtar maris infeudantis eſt habitura. Ardiz. *in Epit. feud. cap. 11.* Baro à Tautenb. *in d. §. fœminam.* Duar. *de feud. c. 6. num. 11.* † Nec obeſt prima ratio dubitandi. Nam 6
ibi definitio feudi ab Hottom. tradita, ſuo definito eſt anguſtior. Pertinet enim tantùm ad illa
feuda

ſeuda, quæ contemplatione militiæ dantur. Nec refert q; maxima feudorũ pars militaris ſit: ſeudum namque conſtitui poteſt, non tantùm ob militare, ſed quodlibet aliud etiam honeſtũ ſervitium. Imò cum ſola fidelitatis conditione, et-
7 iam citra ſervitij mentionem. † Ad Alterum argumentum reſpondeo, quod illud de rigore juris verum ſit: obtinuit autem jure Feudorum tanquam mitior ſententia, ut fœminæ quoque feuda dare poſſint, *c. 1. de inveſt. vet. & nov. benef.*
8 † Minus adverſatur tertium & ultimum argumentum, Quia ſaltem de jure civili, non verò feudali procedit, quo mulier quoquè officiorũ civilium capax redditur, & nulla ſexus diſtinctione Vaſallos habenti tribuitur jurisdictio, *c. 1. §. nam & illud. de eo qui ſib. vel hered. ſuis.* Prout etiam conſuetudine quibuſdam in locis, ut in Anglia, Hiſpania, Hungaria, Polonia introductum videmus. Philip. Matthæ. *in d. l. fœminæ num. 11.* Bodin. de Republ. *lib. 6. c. 5.* Et fœminæ jurisdictionem per conſuetudinem acquiri poſſe teſtatur jus Pontificium *cap. dilecti. ext. de*
9 *arbitr.* Cagnol. *in d. l. fœminæ, num. 4.* † Sic ergò fœmina, licet ſit genus avariſſimum, Sichard. *ad rubr. C. de donat. ant. nupt. num. 10.* tamen donat, cum feudum ſit beneficium. *cap. 1. in quib.*
10 *cauſ. feud. amit.* Zas. *de feud. part. 5. n. 35.* † Quinimò fœmina & feudũ, quod ipſamet ab alio obtinet, alteri ſubinfeudare poterit, idq; eâ formâ & ratione

&c ratione, quâ Mares hoc poſſunt. Alvar. & Iſern. *in dict. §. fœminam. per quos fiat inveſtit, 2, Feud. 3.*

## CAP. XXXIX.

## NUM MINOR INVESTITURAM facere, ac feudum alicui tribuere poſſit.

Summaria.

1 *Minor renovationem feudi facit.*
2 *Datur ratio.*
3 *Qui actum confirmat, nihil novi dat.*
4 *Minori in renovatione decepto ſuccurritur.*
5 *Minor novum feudum concedere prohibetur, Etiamſi Curatoris conſenſus intervenerit n 6. & veniam ætatis impetraverit. n, 8.*
7 *Minor donare nequit.*
9 *Minor qui veniam ætatis impetravit cenſetur jure minoris ratione immobilium.*

MInorem veteris inveſtituræ renovationem 1
feudi facere poſſe, affirmat textus *in c. 1. à princ. per quos fiat. inveſt. 2. F. 3.* † Cujus ratio 2
ea eſt, quòd minor per renovationem nihil alienare, aut tribuere, ſed quod à majoribus feudi nomine alienatũ aut tributũ eſt, ſolum confirmare cenſeatur. Ferrar. Montan, *lib. 2. c. 1. Feud.* Borch. *c. 5. n. 43. feud.* † Et qui actum confirmat, nihil novi inducit, ſed vetera ſolummodò jura confirmat, *cap. 1, de confirm. util. vel inutil. c. cum*

*dilecta*

*dilecta §. nuper autem eod. cap. cum ſuper. c. cum inter. de elect.* Et talis confirmatio dicitur fieri in communi forma, hoc eſt, in forma priori nihil addendo, nihilquè detrahendo. *c. quia diverſitatem. de conceſſ. præb.* Ut ergo ab initio inveſtitura fuerit, ita viciſſim renovatur Gail. *lib. 2. obſ.*
4 *1. num. 3.* Ardiz. *in Epit. Feud. cap. 12.* † Quod ſi minor in iſta renovatione deceptus appareat, ipſi ſuccurritur per in integrum reſtitutionem *l. ait prætor 7. π. de minorib. t. t. C. de in integr. re-*
5 *ſtit. minor.* † Novum verò feudum minor de rebus ſuis dare prohibetur, novi ſiquidem inveſtitura feudi non ab alio rectè fit, niſi ab eo qui legitimè bonorum ſuorum adminiſtrationē habeat.. *d. c. 1. à prin. per qu. frat. inveſt.* Atqui minor cum nondum ſit legitimæ ætatis de rebus ſuis diſponere non poteſt. *t. t. C. de præd. & ali.*
6 *reb. min. ſin. decr. non alien.* † Etiamſi Curatoris intervenerit conſenſus. Namquè feudum conſiſtit in rebus immobilibus. *c. 1. §. ſciendum. de feud. cognit. 2. F. 1.* quarum alienatio ſine decreto judicis & cauſæ cognitione minori permiſſa non eſt *d. t. C. de præd. & ali. reb. min.* Deinde feudi conſtitutio plerumquè eſt donatio quædam ſeu beneficium, quod ex amore & benevolentia proficiſcitur. *cap. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiſſ. reprob. 1. F. 27. c. 1. §. imprimis. in quib.*
7 *cauſ. feud. amit. 2. F. 23.* † Minori verò donare conceſſum non eſt, cum donare quodammodo perdere

perdere ſit. *L. filiusfam. 7. à prin. π. de donation.* † Per quas rationes dicendum eſt, minorem qui 8
veniam ætatis impetravit, licet pro majore habeatur, feudi tamen conſtituendi jus non habere. *L. omnes 2. C. de his qui ven. ætat. imp.* Ardiz. *d. cap. 12.* Gœdd. *ad l. princeps. 21. num. 5. π. de verb. ſignif.* † Quantum tamen ad alienanda immo- 9
bilia ſine decreto, is qui meruit veniam, omninò minoris jure cenſetur. *L. eos qui. 3. C. de his qui ven. ætat. impetr. & ibi* Azo *in ſum. num. 6.*

## CAP. XL.

## VASALLUS ALIENANS PARTEM feudi an omni jure ſuo cadat.

Summaria.

1 *Vaſallus alienans feudum, jure ſuo privatur.*
2 *Partem feudi alienans, eam tantùm perdit.*
3 *Pœna commenſuranda eſt delicto.*
4 *Partem rei Emphyteuticæ alienans, eam ſaltem amittit.*
5 *Baldus vult, feudum totum amitti, ſi pars vendatur.*
6 *Cujus opinio improbatur.*
7 *Alij volunt, vaſallum partem feudi, ut allodium vendentem toto feudo privari.*
8 *Rejicitur iſta diſtinctio.*

MAnifeſti juris eſt, † Vaſallum feudum a- 1
lienantem jure ſuo cadere, eoquè privari

*c.1.§.callidis de prohib.feud.alie.per Frider.2.F.55. c.5.de prohib.feu.alien.per Lothar.2.F.51.c.1.qual. olim.pot.feud. alien.2.F.9.* Verum ſi Vaſallus partem tantùm feudi alienavit, quæſtionis eſt, an toto jure vel parte tantùm alienata cadat?
2 † Et æquius eſt, ut toto feudo non privetur, ſed parte tantùm alienatâ, & reliquum, quod non alienavit, conſervet. Textus eſt clarus *in cap.1. ibi: ſi alienaverit totum, perdat totum, ſi partem, perdat partem: & ad dominū revertatur. de Vaſal.qui cont.Conſtit. Lothar.2.F.38. & ibi* Baro à Tautenb.*num.1.c.1.§.illud enim.qu.fu.prim.cau. benef.amit.* Zas. *part.10. num.1. de feud.* Sonsb. *part.12. num.78.feud.* Blanc. *in jur. Feud. Epit. lib.2. cap.1. num.70.* ubi in utramque partem
3 hanc quæſtionem diſputat, † Non enim ulterius progredietur pœnæ metus, quā reperiatur delictum. *l.ſancimus.22. C.de pœn. l. reſcriptū.6. ff.de his qu.ut indig.aufer.* Gail. *lib.1 de pac.publ, c.5.nu.18.& lib.2.cap.18.num.20.* Duar. *de feud. cap.14.num.19.* Obrecht. *de feud.cap.4.num.37.* Hanc opinionem omnes Dd. excepto Baldo te-
4 nere ait. Clar. *qu.31.nu.7.§.feudum.* † Sic & qui rem Emphyteuticam alienat, non prorſus jure ſuo cadit, ſed rem alienatā tātùm amittit. Clar.
5 *§.Emphyteuſis quæſt.14.* † Contrarium tenet Baldus *in c.1.qual.olim.pot.feud.alien.* volens, quod ſi ceſpes terrę feudalis alienatus, totū perdatur, per *c.de prohib.feud.alie.per Frider.2. F.55.*
ubi

ubi Cōſtitutio Friderici generatim loquitur de quacumque alienatione prohibita, cujus nomine feuda revocantur. Ideò totum feudum amittit, etſi partem quis tantùm vendat. † Sed ejus 6
opinio ſubſiſtere non poteſt, quia verba Conſtitutionis ſunt (cum ait, feudum amitti) ambigua & obſcura, an de parte, an de toto ſenſerit. Igitur æquius eſt explicare iſtam ambiguitatem aliis locis ut *d.c.1.de Vaſal.qui contr.Conſtitut.Lothar.& d.cap.1.§.illud enim*, quibus parte alienatâ, demonſtratur, partem feudi tantùm Domino aperiri. Nec dicta Conſtitutio Friderici corrigit alias Conſtitutiones, ac præſertim Lotharii, ſed eam potiùs interpretatur, ut non ſolùm ad futuras, ſed etiam ad præteritas alienationes pertineat, ibi, unde Imp. Lotharius. Rectè etiam dicimus, eum qui partem feudi amittit, feudum amittere, pars enim à toto diviſa totum conſtituit. † Sunt qui in hac quæſtione diſtin- 7
guunt, parte alienatâ tùm demum toto feudo cadere Vaſallum, ſi in alienatione ſubticuerit rem eſſe feudalẽ: parte autẽ tantùm, ſi expreſſè dixerit, rem feudalem eſſe. Borch. *de feud. ca. 8. num.* 33. Ferrar. Montan. *lib. 4. cap. 4. in fine.*
† Quorum ſententia nõ placet, per rationẽ hãc, 8
quia is qui totũ feudũ ſine cõmemoratione rẽ eſſe feudalẽ alienavit, non cadit niſi toto feudo, & non punitur eo nomine quod reticuit rẽ eſſe feudalem. Amiſſio enim totius feudi tãtùm eſt

pœnæ alienationis totius feudi. Multò minus is ob reticentiam puniri debet, qui partem tantùm alienavit, atquè ita minus deliquit, quàm is, qui alienavit totum: Si enim pœnæ delictis cōmenſurari debeant, ex qua cauſa is, qui magis deliquit, non punitur, ex eadem omninò puniri nō debet is, qui delictum levius commiſit. Vult. *1. Feud. cap. 11. num. 40.*

## CAP. XLI.

### AN CADAT FEUDO QUI CAſtrum, ignorans Dominum in eo eſſe, oppugnavit.

Summaria.

1 *Negativa opinio.*
2 *Affirmativa communis eſt, & nititur rationibus, num. 3. & 4.*
5 *Vaſallus ſciens Domini arcem aſſiliens feudo privatur.*
6 *Intellectus c. 1. §. ſimiliter. 1. F. 5.*
7 *Aſſilire quid.*

1 VAlde dubitatur! Num Vaſallus feudo cadat, qui caſtrum Domini ignorans Dominum vel Dominam in eo eſſe oppugnavit? Et pro negativa opinione latè propugnat Vaud. *lib. 1. quæſt. var. quæſt. 46. per textum. in c. 1. §. ſimiliter. ibi, ſciens Dominum vel Dominam ibi eſſe. quib. mod. feud. amit. 2. F. 5.* ubi textus mentionem

nem facit de Vaſallo aſſiliente caſtrum & ſciente ibi Dominum vel Dominam eſſe, & per alias rationes. † Communiter Feudiſtæ aſſerunt, idē 2
juris obtinere, ſi vaſallus id ignoret, modò arcem Domini aſſiliat. † Quia perjurium & infi- 3
delitatis notam & feloniam erga dominum incurrit, damnum poſſeſſionibus Domini inferēs. Nam jurat ſe Domino in ſuis poſſeſſionibus damno non futurum. *c. 1. ibi utile. de form. fidelit. 2. F. 6.* Imò & res Domini ſe conſervaturum, & recuperaturum omni tempore, *c. 1. verſ. & ſi contigerit. de nov. form. fidel. 2. F. 7.* Hujusmodi autem oppugnatio ſine gravi Domini injuria fieri non poteſt. Schneid. *de feud. part. 8. num. 156.* Weſemb. *de feud. cap. 15. num. 5.* † Præterea & 4
ſi Vaſallus nec Dominum, nec arcem ejus aſſiliat, ſed vicum in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit, ſeudo privatur. *cap. 1. §. porrò. qu. fu. prim. cau. benef. amit.* Baro à Tautenb. *in d. §. ſimiliter. num 3.* Zaſ. *de feud. part. 10. num. 38.* Obrecht. *de feud. cap. 4. num. 29.* † Sufficit ergò ad priva- 5
tionem feudi, ſi Vaſallus habitationem vel Caſtrum Domini eſſe ſciverat, ſive præſens ſive abſens dominus ſit, & ſive Vaſallus Domini præſentiam ſciat ſive ignoret. Sonbec. *de feud. part. 12. num. 35.* Vult. *de feud. cap. 11. num. 38.* † Ad 6
*d. cap. 1. §. ſimiliter*, reſpondent Doctores communiter, quod ibi ſubaudienda ſit dictio maximè. Qui intellectus reprobandus non eſt. *gl. ibi*

7 & Baro à Tautenb. Sonsb. *d. lo.* † Aſſilire autem vel aſſultare eſt aggredi, adoriri, infeſtare, vim intentare, invadere quoquomodo, & quidem tàm propê, ut manus conſeri, tela proiici, munitiones oppugnari poſſint, confer Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtitura, in verb. dictiq; Vaſalli miſerunt. num.* 33. *fol. mihi*, 516.

## CAP. XLII.

### UTRUM USUSFRUCTUS FEUdi filiofam. conceſſi, patri, an verò filio acquiratur?

Summaria.

1 *Argumenta pro patre recenſentur, & num.* 2.
3 *Rationes pro filio adducuntur, & num.* 4. 5. 6.
7 *Rationes pro filio magis conſentaneæ juri feudali.*
8 *Reſpondetur rationibus pro patre adductis & num.* . 10.

DE hac controverſia duas potiſſimum Feudiſtarum circumferri opiniones legimus quarum altera uſumfructum hac ſpecie acquir. patri, altera filio affirmat. Pro utraq; & rationes
1 & autoritates adducuntur, ſatis probabiles. † Qui pro patre pugnant, ij movẽtur fundamentis hiſce. I. Certũ eſt, quando quęſtio jure Feud. deciſa non reperitur, quod tunc ad juris cõmunis diſpoſitionẽ recurrendum ſit, *c.* 1. *§. ſtrenuus. de feud.*

*de feud.cognit.2.F.1.* Atqui de hac quæſtione in uſibus feud.nihil reperitur. Ergo jus ſcriptũ ſervandũ,quod vult,omnia,quæ à filiofam. acquiruntur,ad patrẽ,ſaltem quo ad uſumfr.tranſire. *§.igitur.2.Inſt.per quas perſ.nob.oblig. acq.l.ult. C.de uſufr.l.1.& 2. C.de bon.matern.* Eſt enim uſusfructus hic adventicium filii peculium. Et pater atque filius in hoc uſufr.pro una & eadem perſona habẽtur.*per l. ult.in.f. C.de impub.& al. ſubſt.* Quæ ratio facit,ut dici nequeat, hoc caſu uſumfructum uſusfructus patri acquiri , cum idem ſit patris uſusfructus,qui filii, tãtùm tempora utendi fruendi inter eos diviſa ſunt, ita ut pater prior uti debeat. Tum verò certum eſt feudũ feudi à Vaſallo cõſtitui poſſe. *c.1.§.inſuper.verſ.illud quoq;.de prohib.feud.alien per Frid. 2.F.55.* At dominus eligit induſtriam filii,à quo voluit ſibi ſervitia præſtari,prę ſtabit etiam ea filius vel jubente patre,cui parére tenetur,patris tamen ſumtib.*arg.ult.§.ubi autẽ.3.verſ.ſumtib. etiam à patre.C.de bon.qu.lib.* † Alterũ argumẽ- 2
tum eſt quod fructus à ſolo ſeparati allodiales ſunt,nõ verò feudales,per text.*in c.1. an agn.vel fil.2.F.45.ibi,in fructib.&c.*allodialium autẽ bonorum uſusfructus ad patremſam. pertinet *l.cũ oportet.6.C.de bon.qu.lib.* Ergo & fructus hujus feudi, Quam opinionem eſſe communem dicit Schrad.*tract.feud.c.6.n.6.*& eam trib.in caſib.limitat Sonsb.*de feu.part.7.n.8.& ſeqq.*Primus eſt,

niſi feudum ab Imperatore vel Rege ſit datum: Alter eſt, niſi occaſione militiæ feudum ſit conceſſum: Tertius, niſi eo pacto datum, ne ad patrem tranſiret uſusfructus, quib. caſibus commoditatē uſusfructus filio ceſſuram exiſtimat. Hinc Baldus in *d. l. cum oportet*, notat, quod regulariter in feudo Paganico pater habeat commoditatem fructuum rei feudalis. *arg. l. neceſſariò. 8. π. de peric. & commod. rei vend.* Hanc opinionem qui tenent, enumerat Vult. *lib. 1. Feud.*
3 *cap. 4. num. 8.* † Qui feudo filiofam. conceſſo uſusfructus commoditatem filio acquiri, diſputant, illi rationibus ſequentibus nituntur. Primò, Feuda non cenſentur jure bonorum allodialiũ, & ejus ſunt naturæ, ut ex ijs nihil tranſeat ad aſcendentes. Weſemb. *de feud. cap. 5. n. 4.*
4 † Secundò quia feuda dantur ob ſervitia militaria potiſſimùm, ut meritò peculij Caſtrenſis vel quaſi habeant rationem. *arg. l. 1. C. de Caſtrenſ. pecul. lib. 12.* Quo in genere bonorũ pater nullũ habet uſumfructum *d. l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib.* ſiquidē in ijs bonis filiusfam. pro patrefam. habetur. Theoph. *Inſt. quib. non eſt permiſſ.*
5 *fac. teſta.* † Tertiò, ſi uſusfruct. patri acquireretur, per conſequentiam feudum alij accederet, quàm cui Dominus feudi conceſſiſſet, contra *c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23.* Et conceſſio hujuſmodi feudi ſemper præſumitur facta juxta Feudorum naturam, qua Vaſallus feudi uſum-

uſumfructum conſequitur. *d.c.1.§.fin.arg.l.ſi ita ſtipulatus.126.§.2.in fin.π.de verb.oblig.* Et intereſt domini, ut ille habeat feudum, quem elegit. *d.c.1.§.fin.junct.text.in auth.excipitur. C.de bon.qu.lib.* † Quartò, quoniam pater filio 6
non ſuccedit in feudo *c.1.de nat.ſucceſſ.feud* Ergò nec uſumfructum habebit ex regula *l. quæ legata 18.π.de Reg.jur.* Mart. Laudenſ. *in cap.1. §.1.de fratr.de nov.benef.inveſt.* † Quæ rationes 7
magis juri feudali conſentaneæ videntur, quam quæ pro patre fuerunt allatæ. Schneid. *de feud. part.3.num.98.* Zaſ. *de feud. part.5.num.64.arg. d.l.1.C.de Caſtrenſ.pecul.lib.12.* Et hanc opinionem eſſe communem ſcribit Borch. *de feud.cap. 5.num.58.* † Ad argumenta pro patre adducta 8
ſic reſpondeo. Primò non refragatur, quod de caſu propoſito in jure Feudali nihil expreſſum reperiatur, & ideò in defectu illius juris ad jus civile recurrendum ſit. Reclamat enim *d. cap 1. §.final. ibi. ut ad eum in perpetuum pertineat in quib.cauſ.feud.amit. 2.F.23.* ubi ita conveniſſe inter dominum & vaſallum videtur, ut uſusfructus apud Vaſallum remaneat. Cum igitur non pater, ſed filius ſit Vaſallus, utiquè etiam ad filium ſecundum juris Feudalis diſpoſitionẽ feudum, hoc eſt, uſusfructus ſpectare debet. Et quod dicitur, in defectu juris Feudalis recurrendum eſſe ad jus civile. Id non ita accipiendum eſt, quaſi protinus, quando expreſſis verbis ca-

ſus in jure Feud. non eſt deciſus, ad juris civilis diſpoſitionem recurrendum ſit: ſed ita quatenus etiam bona argumentatione juris Feudalis deſtituamur. Ferrar. *1. Feud. cap. 4.* Piſon Soac. *prælud. feud. cap. 7* At verò ſupradictæ rationes ex intima juris Feudalis prudentia deſumtæ ejuſmodi ſunt, ut ad jus civile hoc caſu recurrere neceſſe non ſit, imò ne recurri quidem debeat.
9 Vult. *d. loco.* † Ad alterum argumentum facilis eſt reſponſio. Licet enim fructus feudi à ſolo ſeparati videantur allodiales per *d. tit. an agn. vel fil.* Illi tamen ut bona adventicia patri non acquiruntur, ſed filio inſtar bonorum Caſtrenſium accedunt. *arg. ſæpè d. l. 1. C. de Caſtren. pecul.*
10 † Nec obeſt, Feudum dominò per ſervum acquiri *cap. perſona. per qu. fiat. inveſt.* Quia argumentum à ſervo ad filiumfam. hìc non obtinet, ſervus etenim quicquid acquirit, Domino acquirit, nec poteſt habere Caſtrenſe vel quaſi peculium: ſecus eſt in filiofam. is namquè non niſi ex causâ profectitiâ & bonis adventicijs patri acquirit. Videatur de hac qùæſt. Roſenth. *cap. 7. concl. 14.*

## CAP. XLIII.

## AN FIDELITAS PACTO REmitti poſſit.

Summaria.

1 *Pactum contra ſubſtantiam feudi non valet.*

*2 Fidelitas*

2 *Fidelitas ſi non debetur, feudum eſt nullum.*
3 *Dolus de futuro non remittitur,*
4 *Feudum à fide deducitur.*
5 *Objectio.*

PActum contra ſubſtantiam feudi, quæ eſt fidelitas, non valere certi juris eſt, ſubſtantialia enim pacto minimè tolli poſſunt *l. pacta conventa, 72. π. de contrah. emt.* Zaſ. *1. ſing. reſponſ. cap. 12. num. 3.* Forcat. *dial. 3. n. 2.* Jacobin. de S. G. *in ſua inveſt. verb. qui quidem inveſtiti, n. 71.* † Fidelitas ſi non debetur, feudum eſt nullum, deficiente enim formâ ſubſtantiali, res ipſa deficit. Tiraqu. *in repet. l. ſi unquam. verb. revertatur, n. 64. C. de revoc. don.* † Nec enim ulla pactione effici poteſt, ut dolus de futuro remittatur. *l. ſi unus, 27. ſ. illud. 3. π. de pact.* Gail. *lib. 2. obſ. 145. n. 3.* & notũ eſt, pacta quæ turpẽ cauſam continent, non obſervanda eſſe. *d. l. ſi unus ſ. pacta 4.* † Hinc feudum deductũ eſt à fide ſeu fidelitate *c. 1. ſ. fin. per quos fiat inveſt.* Schneid. *part 1. n. 8. Feud.* Duar. *c. 2. n. 3. de. feud.* In fidelitate enim ſive fide tanquã in forma eſſentiali & ſubſtantiali conſiſtit feudum. Borch. *de feud c. 1. n. 1.* ubi varias feudi notationes comportavit. Hinc & Vaſalli à fide κατ' ἐξοχὴν dicuntur fideles *cap. 1. ſ. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poſſ. cap. 1. de content. in dom. & fid. cap. 1. quib. mod. feud. amit. & paſſim in uſibus Feudorum.* Iis enim, à quibus feuda acceperunt, fideles eſſe

debent. *caput 1. qual. Vaſal. jurar. deb.* Hinc obtinet, ut Domini Vaſallis ſuis ſcribendo, eos ſuos fideles appellent Getrewen/ prout Principes, & Comites ſcribunt Unſerm lieben
5 getrewen. † Huic opponitur *d. c. 1. in fine per qu. fiat inveſt. ubi feudum etiam ſine fidelitate confertur. & c. 1. §. eſt & alia, quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.* ubi dicitur, feuda eſſe, pro quibus fidelitas non præſtatur. Verùm reſpondetur, fidelitatis nomine interdum jusjurandum fidelitatis improprìè intelligi *c. 1. in fin. quid. præced. deb. an inveſt. vel fidel.* quod non ſemper præſtāt Vaſalli. Etenim illud quibuſdam pactione remittitur. *d. c. inf. 2. Feud. 3. & aliis textib. c. 1. §. Vaſalli. in lib. de pac. Conſtant.* Textus ergò oppoſiti ſunt accipiendi de fidelitate jurata, quæ remitti poteſt, non verò injurata, quæ numquā: cum forma & rei ſubſtantia pacto ſive conventione immutari nequeat. *l. cum precario. 12. π. de precar.* confer. Oldend. *claß. 5. act. tit. de act. benefic.*

## CAP. XLIV.

## AN VASALLUS DOMINUM SINE venia in jus vocare poſſit.

Summaria.

1 *Negantium opinio, & ratio num. 2.*
3 *Affirmantium opinio defenditur.*

4 *Alia*

4 *Alia origine emerſit obligatio Vaſalli ad dominum quàm liberti ad patronum*
5 *Explicatur c.1. §.ſi verò.2. F.22.*
6 *Affirmativa opinio obſervatur in Camera Imper. & in Saxonia.*
7 *Cantela.*

AN Vaſallus Dominum ſine venia in jus vocare poſſit judicia. Dd. variant. † Jaſon in 1
*l.generaliter.π.de in jus voc.* & Zaſ.*part.7.num.49.Feud.* negant, Vaſallum poſſe Dominum ſine venia in jus vocare. Idque propter æquiparationem Vaſalli & liberti. Nam ſicut liberto perſona patroni ſemper ſancta & honeſta videri debet. *l. liberto.9.π.obſeq.parent.& patr.præſt.* & ideò libertus non poteſt patronum impunè vocare in jus ſine venia, *l. libertus 14. & l.fin.π. de in jus voc.* Ita & perſona Domini ſemper videri debet ſancta & honeſta Vaſallo, per *cap.1.§. ſi verò. ibi, ſalva reverentia. de mil. Vaſ. qui contum.2. F.22.* & ideò Vaſallus non poteſt impunè vocare Dominum in jus ſine venia. *arg. l. generaliter.13.π.de in jus voc.* † Deinde jusjuran- 2
dum Vaſallus Domino præſtat, in quo comprehenditur, quod nunquam ex perſona ſua aliquid facturus ſit adverſus honorem & commodum domini, *tit.de nov.form.fidel. ibi, tu amittas aliquem honorem.* Domini ergò perſonam Vaſallus ſemper reverentia & fide ſumma proſequi

debet

debet. *d.c.1. §. ſi verò.* Oldendorp. *claß. 1. act. 4.* ubi ait, tota via errare, qui diverſum ſentiunt, quia non habent rationē publicæ honeſtatis. H. Hartm. *in pract. obſerv. tit. de feud. obſ. 44. in addit. ubi Vaſallum, qui agere interdict. in Camera contra Dominum ſuum veniam impetrare, & hoc proceſſibus inſerere oportere dicit,* atquè ita in Camera Imp. judicatum teſtatur in cauſa Naſſaw contra Epiſcopum Caminenſem. Weſemb. *in π. ff. de in jus voc.* ubi hodie ita obſervari tenet, licet communis opinio ſit in contrarium. Emer. à Rosb. *in proc. tit. 22. n. 13.* Everh. *in Top. legal. lo. à lib. ad Vaſal. n. 15.* Coler. *in c. dilecti. n. 14. de exception.* qui ait hanc ſententiam quoq; amplecti *gl. in c. 1. verb. reverentia* & ibi Bald. ac Alva-
3 rot. *de milit. Vaſal. qui contum. 2. Feud. 22.* † Verū affirmativam ſententiam ut communiorē magis amplectendam eſſe arbitror, cum Vaſallus non ſit ſubditus Domini, nec ſit de perſonis enumeratis in Edicto Prætoris, quæ ſine venia agere nequeunt, de quibus in *l. 2. & ſeqq. π. de in jus voc.* Iacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. dictique Vaſalli promiſerunt. num. 48.* Roſenth. *cap. 10. concl. 33. de Feud.* Vult *lib. 1. Feud. cap. 10. num. 22. & lib. 1. diſcept. cap. 1. circa finem.* Nec hic procedit argumentatio à liberto ad Vaſal-
4 lum. † Etenim obligatio Vaſalli ad dominum longè alia origine emerſit, quàm liberti ad Patronum: libertus enim multò magis obſtrictus
eſt

eſt Patrono, à quo libertatem rem inæſtimabilem *l. libertas, 106. π. de reg. jur.* quâ nihil gratius ſervo præſtari poteſt, *L. Paulus. 39. in f. de fideicom. libert.* accepit, quàm Domino Vaſallus, qui non niſi propter feudum, quod à Domino accepit, obligatur, & eatenus ei adſtringitur, quatenus jus feudi exigit. Ergò eo relicto amplius Domino obligatus non eſt. Everh. *loc. à lib. ad Vaſal. n. 15.* Baro à Tautenb. *in c. 1. §. ſi verò de mil. Vaſ. qui contum.* † Nec obeſt *d. c. 1. §. ſi verò*, quia 5
intelligitur de Reverentia, quæ præſtatur, cum honeſtate verborum, ſed non ſequitur, quod nõ poſſit Dominum in jus ſine veniâ vocare, Guer. Piſ. Soac. *in prælud. Feud. cap. 37. n. 29.* Borch. *de feud. c. 10. n. 38.* † Et hanc ſententiam communẽ 6
Cameram Imper. ſecutam eſſe ait Mynſ. *cent 4. obſ. 92. & in §. pœnales. num. 47. Inſtit. de action.* & teſtatur Gail. *lib. ſingul. de pignor. cap. 15. n. 4.* & in provinciis Saxonicis illam quoq; obſervari notat Arnold. de Reyg. *in addit. ad Mynſ. d. obſerv. 92.* † Pro iſtis tamen diſputationib. evi- 7
vitandis refert Schneidevvin. *in d. §. pœnales. num. 45.* ſe vidiſſe ex conſilio Advocatorum à quodam Vaſallo, qui ſuum Dominum volebat in jus vocare petitam eſſe veniam à Rege Romanorum, ut impunè Dominum in jus vocare poſſet, ſicut ibid. Zaſius ſimile quoddam exemplum refert.

CAP.

## CAP. XLV.

## AN VASALLUS DOMINUM INOPEM alere teneatur.

Summaria.

1 *Vaſallum teneri alere Dominum pauperem multi volunt.*
2 *Libertus patronum egenum alere cogitur.*
3 *Vaſallum non teneri dominum inopem alere, communior eſt ſententia, & num. 5.*
4 *Non omnis ingratitudo feudi amittendi eſt cauſa.*
6 *Caſus in quibus Vaſallus Dominum inopem alere tenetur.*
7 *Contrario argumento reſpondetur.*

Controvertitur, an Dominum egenum & inopem, ſi unde non habeat vivere, Vaſal-
1 lus de bonis feudalibus alere teneatur? † Et multi tradunt, Vaſallum teneri Dominũ egentem de bonis feudalibus alere ſub pœna privationis feudi, Saiſon. *in conſuetud. Turon. tit. 12. art. 1. cap. 8.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 4. cap. 1.* Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part. 7. cap. 4. num. 15.* & alij, permoti argum. *l. ſi quis à liberis 5. §. ſolent judices. 18. π. de agnoſc. & alend. lib. & l. fin. eod. l. 1. inf. C. de oper. libert.* quibus in legi-
2 bus dicitur, † defectis facultatibus Patroni, eũ alere cogi libertum, & quidem maximè uſquè

ad quan-

ad quantitatem feudi. *arg. c. Imperialem. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per. Frideric.* Gartz. *tract. de Expenſ. & meliorat. cap. 12. nu. 72. & ſeqq.* Vaſallum verò æquiparari liberto notatur per Everh. *in Topic. Legal. loc. à libert. ad Vaſall.* † 3
Plurimi negant, Vaſallum dominum inopem alere cogi, cum tale quid nulla feudalis præcipiat cõſtitutio. *arg. l. diſſentientis 5. verſ. nulla juris præcipit conſtitutio. C. de repud. l. illam. 19. verſ. eò quod nulla conſtitutio ſuper hujuſmodi collatione poſita eſt. C. de collation. & arg. l. curatores. 3. §. pen. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l. jus alimentorum. 3. §. fin. ff. ubi puppil. educ. deb.* Baro à Tautenb. *in c. 1 §. licet Vaſallus. ſi de feud. def. content. int. dom. & agn. 2. F. 26.* Eleganter Ardiz. *in Epit. jur. feud. cap. 61.* † Nec omnis occaſio, per quã 4
Vaſallus accepti beneficii immemor videtur, eum ingratum cõſtituit, ſed quædam egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundũ mores Curiarum adimi ſolet. *c. 1. §. non enim ad hoc ſufficit. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23.* † Quo- 5
rum ſententia magis amplectenda eſt *arg. d. c. 1. §. licet Vaſallus*, ubi textus dicit, quod ſi dominus promiſit alicui ſub juramento aliquid ſolvere, & non poteſt, Vaſallus non tenetur Domino ſuppeditare pecuniam, ne dominus incidat in perjurium, & ſic non tenetur eum liberare à periculo animæ: Ergo nec à periculo corporis ratione alimentorum, cum animæ hominum

preciores ſint quibuslibet rebus. *l. ſancimus, 21. C. de SS. Eccleſ.* Et eam veriorem & communiorem eſſe notat Scheideuu. *de feud. part. 5. num.* 122. Coler. *proceſſ. exec. part. 2. cap. 3. n. 344.*

6 † Quam ſententiam & Alvarotus probat, niſi maximum feudum ſummeq; opulẽtum Vaſallus poſſideret, vel dominus omnia ſua bona dediſſet ipſi vaſallo, vel dominꝰ Vaſalli facto pauperior eſſet factus. Ardiz. *d. lo.* Jacobin, de S. G. *in ſua inveſt. verb. & cum pacto, quod dicti Vaſalli num. fin.* Zas. *de feud. part. 7. nu. 48.* Hart. Hartm.

7 *tit. 54. de feud. obſ. 33. num. 4.* † Nec quicquã impedit, quod libertus patronum alere teneatur. Quia in hoc vaſallus eſt melioris conditionis. Everh. *in d. lo. à libert. ad Vaſall. num. 14.* Alvarot. *in c. 1. §. licet Vaſallus. ſi de feud. defunct. tit. cont. int. dom. & agn.*

## Cap. XLVI.

## UTRUM USUSFRUCTUS IN feudo conſtitui poſſit.

Summaria.

1 *Affirmativa opinio.*
2 *Recenſentur argumenta & num. 3. 4.*
5 *Negativa ſententia.*
6 *Stabilitur rationibus, & num. 7. 8. 9.*
10 *Fructus à prædio feudali ſeparatos Vaſallus in alium transfert.*
11 *Refutantur argumenta opinionis affirmativæ, & num. 12. 13*

Non

NOn injucunda eſt quæſtio! Utrum Vaſallus in prædio feudali uſumfructum alii conſtituere poſſit? † Aliqui contendunt, Vaſallum uſumfructum non minus quàm aliam quamcumque ſervitutem realem in prædio ſuo feudali alicui, quoad ipſe vivit, concedere poſſe. Pinell. *ad l. 1. part. 3. num. 71. C. de bon. matern.* Fachin. *5. controv. cap. 79.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 64.* ubi Rolandum à Valle ita conſulenti reſpondiſſe refert. † Moventur primò, quod Vaſallus, qui alteri uſumfructũ prædii ſui feudalis cõcedit, per uſufructuarium poſſeſſionem prædii retinet. Nec enim is, qui ſimplicẽ uſumfructum habet, poſſidet *l. ſciendum. 15. §. poſſeſſor. 1. verſ. eum verò. ff. qui ſatisd. cogant. l. certè. 6. §. is qui rogavit. 1. ff. de precar.* Et aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe *l. poſſideri. 3. §. fin. ff. de acq. vel amit. poſſ.* † Alterũ argumentum eſt, quia uſusfructus tantũ reſpicit fructus, iiquè debentur fructuario, pendentes ejus non ſunt, adeò & quàm diu terræ cohærẽt, ſequãtur jus & dominium conſtituentis. *l. arboribus. 12. §. Julianus. 5. L. ſi pendentes 27. à princ. ff. de uſufr.* † Tertiò, ut Emphyteuta poteſt conſtituere uſumfructũ, *l. fin. C. de jur. Emphyt.* Ita & Vaſallus. Quod dicitur, uſufructuarium naturaliter poſſidere *l. naturaliter 12. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* Id ita, inquiunt eſſe explicandum, ut potius in poſſeſſione ſit, quâm poſſideat. † Alii ne-

1 2 3 4 5

ſeparatos alienare poteſt, quia iſta non dicitur alienatio feudi, text. *in l. in ædibus. 9. §.1.ff. de donat.* fructus enim ſeparati amplius nō ſunt pars fundi. Coler. *de proceß. execut. part. 3. c. 3. nu. 290.* Gemmel. *de feud. part. 9.* ubi ita conſuetudinem patriæ tenere refert. † Ad argumenta prioris 11
opinionis reſpondeo hoc modo. Primò non obeſt, quod is qui uſumfructum habet, nō poſſideat, ſed ſaltem in poſſeſſione ſit, *d. l. ſciendum. §. poſſeſſor verſ. eum verò. d. l. certè.* Quia fructuarius videtur naturaliter poſſidere non rē ipſam, in qua uſumfructum habet, quā ſolus proprietarius poſſidet, ſed uſumfructum *l. 1. §. quod ait. prætor.* 11. *ff. quod legat. l. poſſeſſio 49. ff. de acquir. & amit. poſſeß.* Uſumfructum verò conſtituere nequit, niſi qui rerum ſuarum plenum dominium habet. *§. uſusfructus. 1. Inſt. de uſufruct.* Uſusfructus ſiquidem ſeparatus eſt à proprietate, & habet certam formam aliquā à proprietate ſua ſeparatam, ita ut apud unum ſit proprietas, & apud alterum uſusfructus ejuſdem rei, *l. permiſceri. pen. ff. de acquir. vel amit. poſſeß.* Hinc Vaſallus, penes quem non plenum rei feudalis reſidet dominium, excluditur. *gloſ. in prin. in verb. eſt jus. Inſt. de uſufr.* † Ad alterum argu- 12
mentum reſpondeo, Licet uſusfructus tantùm reſpiciat fructus, de illis tamen percipiēdis diſponere Vaſallo nō licet, quia hoc induceret diviſionem & diminutionem feudi contra *c. 1. §.*

*quid ergo.de inveſt.de re alien.fact.* 2. *F.* 8. & fructibus ablatis. Unde Vaſallus arma, equos, & id genus ſimilia ad expeditionem neceſſaria compararet? Quæ cauſa principalis fuit prohibitionis. *c.* 1. *de prohib.feud.alienat. per Lothar.* & *per*
31 *Frideric.* † Nec refragatur, quod Emphyteuta uſumfructum conſtituere poſſit. Quia hic æquiparatio Emphyteutæ & Vaſalli ſatis tuta non eſt. Majori etenim rigore alienatio rerum feudalium prohibetur, idque deprehendetur, conferendo deciſionem *l.fin.C.de jur.Emphyt.* cum prohibitione *c. Imperialem.* 2. *F.* 55. Ratio differentiæ dari poteſt hæc, quia in feudo major eſt gratia Domini, cui magis ſubjicitur perſona Vaſalli, cum & fidelitatem juret: At Emphyteuta ſolam penſionem debet

## CAP. XLVII.

### DOMINUS VASALLO INVITO jus ſuum quod in feudo habet, alienare nequit.

Summaria.

1 *Dominus Vaſallo invito jus ſuum in alium etiam meliorem non transfert.*
2 *Vaſallorum intereſt, Dominum non mutare ſicq; inviti non alienantur.*
3 *Mandatum & commiſſionem etiam in melius egredi non licet.*
4 *Diluitur objectio.*

5 *Prin-*

5 *Princeps invitis civibus civitatem non alienat.*

6 *An Dominus ſine cõſenſu Vaſalli feudum alienans, ejus proprietatem amittat.*

7 *Rationes pro affirmativa ſententia, & nu. 8. 9.*

10 *Negativam qui teneant opinionem;*

11 *Quibus rationibus nitantur, & num. 12. 13. 14. 15.*

16 *Conciliantur opiniones contrariæ.*

19 *Limitatur concluſio ſuperior.*

DOminum invito Vaſallo jus ſuum quod in feudo habet, in alium transferre non poſſe, & facere ut Vaſallus ſuus fiat Vaſallus alterius, clarè exprimitur in *cap.* 1. *§. ex eadem lege. d. L. Corrad. 2. F. 34. & in cap. 1. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alienat. pen. Frideric. 2. F. 55.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 15. num. 13.* Zas. *de. feud. part. 7. num. 59. & part. 9. num 9.* Etiamſi in meliorem transferre velit feudum. Fern, Vasqu. *contr. illuſt. lib. 1. cap. 6.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 79.* † Intereſt enim Vaſallorum, Dominum non mutare, ſicquè ad conſentiendum ſuæ alienationi compelli nõ poſſunt, ut eſt text. *in cap. 1. §. ſi quis. quo tem. mil. inveſt. 1. F. 22. d. cap. 1. § præterea Ducatus. & ibi* Martinus Laudens. † & quia cum jus, quod habet Princeps in cives & ſubditos, deſcendat ex eorum mandato, & commiſſione, non poteſt mutari etiam in melius. text. *in l. fin. C. de negot. geſt. ibi,* 1 5

*licet res benè ab eo geſtæ ſint.* Conſequens inde & Vaſallos,etſi videntur Domini conditionem meliorare,abſque Domini conſenſu feuda non poſſe alienare : Dominus ſiquidem & Vaſallus ad paria judicantur *cap. 1. in fin. de form. fidel.*
4 † Non obſtat,quod in *d. cap. 1. §. ex eadem lege,* caveri videtur, dominum alienare poſſe jus ſuum ſine Vaſalli conſenſu , quia textus loquitur ita moris fuiſſe Mediolani : ſecus de jure communi,& aliis in locis. Nec eſt dubitandum,cujus conſuetudo potius ſit obtinenda , de quibus dicto loco,quia prima pars,nempe quod Dominus poſſit alienare feudum ſine Vaſalli conſenſu confirmata eſt poſtea per ipſum Imp. Fridericũ *in d. c. §. prætereà Ducatus.* † Sic & nec Princeps civitatem unam ex civitatibus ſuis invitis civibus alienare poteſt , cum interſit ſubditorum non mutare Dominum. Gabriel. Roman. *com. concluſ. tit. de jur. quæſ. non toll. lib. 4. concl. 8. num. 1.* Vasqu. *d. cap. 5. num. 11.* latè Pruckman. *de regal. §. ſolut. poteſt. cap. 4. memb. 2. effect. 6.* † An autem Dominus ſine conſenſu Vaſalli feudum alienando ejus proprietate cadat,
5
6
7 uſu neceſſaria eſt quæſtio? † Et dicendum eſt quod ſic, *per d. cap. 1. §. prætereà Ducatus.* Ex qua enim cauſa Vaſallus feudo privatur, & dominus proprietate privetur. *c. 1. qual. dom. propr.*
8 *priv. 2. F. 47.* † Nec eſt novum, ut pœna legis in uno Correlativorũ expreſſa extẽdatur ad aliud,
licet

licet ſecus ſit in pœnis ex conventione irrogandis ſive conventionalibus. Everh. *Topic. legal. loc. à Correlat. num. 9 & ſeq.* Aſt Vaſallum feudum ſine conſenſu domini ſub pœna amiſſionis alienare non poſſe, dubium eſt nullum. *cap. 1. de probib. feud alien. per Lothar. & Frid.* † Et ergo ſi 9
Dominus feudum in alium ſine voluntate Vaſalli transfert, proprietas amittitur, & ad Vaſallum devolvitur. Borch. *d. c. 8. num. 136.* Hartm. Hartm. *in pract. obſerv. tit. 55. obſerv. 40. in fin.* Dominus enim & Vaſallus ſunt correlativa, & judicantur à pari, *d. text. notab. junct. gl. in c. 1. in f. de form. fidel.* † Multùm dubitat Baldus *in c. 1.* 10
*quo temp. mil.* Baro à Tautenb. *in d. c. 1. §. ex eadem lege. num. 2.* Sonsbec. *de feud. part. 13. n. 180.* quod Feudiſtæ communiter ſtatuant, per domini alienationem proprietatem in Vaſallum devolvi. † Quia nuſquam dicit lex apertè, quod 11
Dominus per hoc feudo ſeu proprietate privabitur, licet prohibeatur illi alienatio. Nam ſi hoc voluiſſent Gerhardus & Obertus, utique hoc expreſſiſſent, quemadmodum in delicto commiſſo à Domino erga Vaſallum fecerunt in *c. 1. §. domino, ſi de feud. def. cont. int. dom. & agn. Vaſ.* † Secundò moventur ex textu *c. 1. §. ſi quis* 12
*miles, quo temp. mil. inveſt.* ubi ſolùm dicitur, quod talis alienatio facta à Domino pro non facta ſolùm habebitur, non etiam quod proprietate privetur. † Tertiò per hoc, quod is magis 13

puniri debet, qui magis deliquit: ſed Vaſallus plus deliquit alienãdo quàm ipſe dominus, quia per hoc quaſi furtum committit: non utiq; ipſe dominus in re propria, cum Vaſallus æquè jus ſuum ſervet,& non ita multum illi per hoc præjudicatur, niſi quod aliũ dominũ jam agnoſcere
14 deberet † Quartò, cum pœnæ ſint odioſæ, privationis præſertim, infligi non debere conſtat, niſi in ſpecie à jure expreſſæ ſint, caſibusq; lege ſcripta definitis. Pœnæ quoq; non extendendæ, ſed potiùs reſtringendæ ſunt, *arg. L. cum quidam 19. in f. π. de lib. & poſth. fac. & l. interpretat. 42. π. de*
15 *pœn. c. pœn. de pœnit. diſt. 1.* † Præterea quod jure nuſquam invenitur cautũ, temerè non eſt aſſerendum. *L. diſſentien. 5. v. nulla præcipit conſtitutio. C. de rep. l. illam. 19. v. eò quod nulla. C. de collat.* Inde ergo concludunt, Dominum abſq; voluntate Vaſalli feudum alienantem ejus proprietate privari non debere, verùm ſatis eſſe, ut alienatione ejuſmodi in irritum lapſa, Vaſallo, ne quid exinde detrimenti accipiat, proſpiciatur, ut tex.
16 *in d. §. ex eadẽ lege conſtituit.* † Sed opinionem iſtã contrariam eſſe æquiorem & mitiorem, aliã autem de rigore juris procedere reſpondet Alva-
17 rotus *in d. §. ex eadem Lege.* † Limitatur porrò ſuperior concluſio, niſi Dominus totã Curiam vel Territoriũ ſuum Vaſallis venderet vel transferret. *d. §. ex eadem.* Quia multa per univerſitaté tranſeunt, quæ per ſe & ſingula non tranſirent.
*l. qua-*

*l. quædam 62.π. de acqu.rer. dom.* Eoq; ſpectat *c. 1. à prin. de c. qui cur. vend. 2. F. 51.* Nam dum tradit, Curiæ venditione non contineri Vaſallos, niſi hoc diſertè actum ſit, eo ipſo indicat Obert. de Ort. ſi nominatim ſit actum, hos etiã ad emtorem tranſire, ſed ita, ut cum curia, id eſt, cum univerſitate tranſeant. Gabriel. Rom. *d. lo. n. 10.* Wurmbſ. *pract. obſerv. tit. de feud. 51. obſ. 39.* conf. Hartm. *tit. de feud. 54 obſ. 40.*

## CAP. XLVIII.

## UTRUM INVESTITURÆ INSTRUmentum ſive breve Teſtatum de ſubſtantia inveſtituræ ſit.

Summaria.

1 *Contractus feudalis absque ſcriptura ſubſiſtit Limitatur num. 3. & 4.*

2 *Scriptura adhibetur ad memoriam rei.*

5 *Dominus compelli poteſt, ad faciendum inſtrumentum Vaſallo conceſſionis feudi.*

6 *Adhibitio pariũ eſt de ſolennitate inveſtituræ.*

7 *Cur Pares adhibeantur.*

8 *Dominus ſi Pares non habet, extraneos adhibebit, & num. 10.*

9 *Probationum facultas anguſtanda non eſt.*

11 *Dominus, ſi unicum Parẽ habet, & ille cum extraneo adhibendus eſt ad inveſtituram.*

QUærunt aliqui: utrũ ſcriptura ſeu publicũ Inſtrumentũ der Lehensbrieff ſit de ſubſtãtiâ & ſolennitate inveſtituræ feudalis? † Et ſine 1

ſciptura hunc contractum ſubſiſtere poſſe, probatur ex *c. 5. §. ſi enim, ibi: nam ſi inſtrumentum defecerit. & ibi* Alvar. *2. F. 2. quid ſit inveſt. cap. 1. verſ. ſed alij. qui teſt. ſint neceſſar. 2. F. 22. cap. 1.*
2 *§. iccircò. de not. feud. 2. F. 58.* † Adhibetur enim tantùm ob futurã rei memoriam, ut quod actum eſt, per eam faciliùs probari poſſit, ſicut & in alijs contractibus *l. contrahitur 4. π. de pig. l. pactum. 17. C. de pact.* Hottom. *de feud. cap. 25. in fine.* Weſemb. *de feud. cap. 8. num. 31.* benè Sonsbec. *tr. feud. part. 9. num. 32. & num. ſequ.*
3 † Niſi hoc actum eſſet, ut inſtrumentum conficeretur, eo caſu inveſtitura non intelligitur eſſe perfecta, antequã ſcriptura facta eſſet, per princ. *verſ. in his autem Inſt. de emt vendit. l. contractus*
4 *17. & ibi* Weſemb. *C. de fid. inſtrum.* † De conſuetudine quoque Germaniæ literæ inveſtiturarum fiunt non tantùm ſuper novo feudo, ſed etiam in renovationem feudi antiqui, daß man die Lehenbrieff verneweret. Et hodierno uſu ſufficit ſcripturam à Domino feudi ſubſcribi & ſigillari, quam ad rem Principes, & majores Domini plerumque ſigillis ad id factis vel ſigillis majoribus uti ſolent. Roſenth. *de feud. cap. 6. n. 112.*
5 Vult. *1. Feud. cap. 7. num. 42.* † Sed an dominus compelli poſſit officio judicis ad faciendum inſtrumentum Vaſallo conceſſionis feudi, non inanis eſt diſputatio? Et magis eſt ut affirmem per *l. ſicuti datam, 26. C. de liber. cau.* prodeſt enim

nim Vaſallo, & Domino non obeſt, *arg. l. reſcripta 7. C. de precib. Imp. offer. l. creditor 52. π. de action. emt. c. Eccleſiaſticis 12. qu. 2.* Blanc. *in Epit. feud. lib. 1. c. 3. n. 53.* † Adhibitio verò Parium regulariter & ex autoritate textuum feudalium eſt de ſolennitate inveſtituræ. tex. in *d. c. 1. à princ. quid ſit inveſt. & ibi* Baro à Tautenb. *num. final.* 6
† Iccircò verò Pares neceſſarij ſunt in inſtrumento inveſtituræ, & non alij, ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini, alijs teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia, quę non ſunt ſuſpicanda in Paribus *c. 1. §. idcircò de not. Feudor. 2. F. 58.* Laud. *ad tit. quid ſit inveſt. num. 10.* Weſemb. *de feud. cap. 8. n. 13.* 7
† Dominus omninò ſi pares non habet, ſufficit extraneos adhibuiſſe at idoneos per *c. 1. quid ſit inveſt. c. 1. §. 1. ſi de inveſt. int. dom. & fidel. lis oriat. c. 1. §. quod autem. de conſuet. rect. feud. cap. 1. §. quod autem de not. feud.* † ne probationum facultas anguſtetur. arg. *l. quoniam 21. in f. C. de hæret.* † Idquè æquitatis intuitu, nę dominus benè meritum ſibi beneficio aliquo etiam officij ergò devincire prohibeatur, ob id quod deſiderãtur, per quos teſtes hoc utiliter fiat. Hattyſ. *in anal. feud. cap. 9.* Baro à Tautenb. *in c. 1. quid ſit inveſt.* Ferrar. *lib. 3. Feud. c. 1.* † Et ſi dominus unicum ſaltem parem haberet, & ille neceſſariò adhiberi debet cum alio extraneo. arg. *l. cum antiquitas 28. C. de Teſtam.* Bald. in *c. 1. verb. Vaſallus.* 8 9 10 11

*ſalius.* & *ibi* Baro à Tautenb. *quid ſit inveſtit.* quia neceſſitas non regulatur ſolennitatibus juris. *d. l. cum antiquitas. c. quod non eſt. de reg. jur. in ſexto.* Sonsb. *de feud. part. 9. n. 17.*

## CAP. XLIX.

## CONCILIANTUR TEXTUS IN *c. 1. verſ. quod autem 2. F. 33.* & *in c. 1. verſ. teſtes. 1. F. 26.*

Summaria.

1 *Pares curiæ ſi abſint, tempore inveſtituræ, num expectandi.*
2 *Textus pugnantes.*
3 *Deciditur quæſtio.*
4 *Pares Curiæ Dominis fideliores ſunt, quam extranei.*
5 *Intellectus communis d. c. 1. verſ. teſtes.*
6 *Verus intellectus.*
7 *Pares abſentes quamdiu expectandi*
8 *Ad perficiendam inveſtituram ſufficiunt duo.*
9 *Diſſentit Hottoman. & Cujacius.*

1 SI Pares Curiæ tempore inveſtitionis abſuerint, utrum adhibendi extranei, an verò Pares Curiæ expectandi ſint, in jure Feudorum ad-
2 modũ pugnantes textus animadvertuntur. † Nã text. *in c. 1. v. teſtes verò ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis. oriat. 1. Feud. 26.* aſſerit ſi tempore inveſtitionis Pares abſuerint, etiam extraneos eſſe recipiendos: At textus *cap. 1. verſ. quod autem de conſuet. rect. feud.* ait, etiamſi pares abſint, tamen ex-

pectandos eſſe. † Ad decidendam verò propoſitam quæſtionem, dico, Pares Curiæ, ſi tempore inveſtituræ abſuerint, eſſe expectandos, atque adeo inveſtituram ad ipſorum adventum differendam, per text. *in d. c.1. v. quod autem.* † Nam Pares Curiæ Dominis fideliores ſunt, quam extranei, *cap.* 1. *de not. Feud.* Weſemb. *de feud. cap.* 8. *num.* 13. Idquè propter juramentum fidelitatis Domino præſtitum, & propter beneficium ſuũ quod habent à Domino. Schneid. *de feud. part.* 4. *n.* 13. Gothof. *in c.1. de not. feud.* † Ad textum in *d. c. 1. teſtes verò.* Interpretes communiter reſpondent, ibi vocabulũ, abſuerint, interpretandũ eſſe pro nõ fuerint, vel non habuerint, ac ſi ſenſus eſſet, quod ſi Dominus tempore inveſtitionis Pares non habuerit, etiam extranei recipiendi ſunt Ictis enim ea abeſſe dicuntur, quæ in reb. humanis non ſunt *l. mulieris.* 13. *§. fin.* π. *de verb. ſignif.* Hott. *de feud. c.* 25. Sonsb. *part.* 9. *n.* 16. Vult. 1. *Feud. c. 7. n. 27.* Quæ tamen interpretatio nõ procedit, quia abeſſe aliter ſumitur in *d. c.* 1. *v. teſtes.* Nam ibi relativum reſtringit ſuum antecedens. *l.* 1. *à princ. C. de ſum. Trin.* quando ſcilicet revera ſunt Pares, & abſunt, veluti dicta vox abeſſe accipitur in *d. cap.* 1. *verſ. quod autem.* † Ideò arbitror, textum in *d. verſ. teſtes verò.* eſſe intelligendum, ita ut adeſſe Pares Curiæ planè nõ potuerint, vel tam longa itinerũ intercapedine diſjuncti ſint, tunc enim extranei omni exceptione majores recipiẽdi ſunt, Idq; ne dominus tã utili,

immò neceſſario nonnunquam Vaſalli uſu periculosè fraudetur abſentia aliena. arg. *c. 1 §. ult. ne ſed. vac. lib. 6.* Equin. Baro *in d. tit. de conſuet.*
7 *rect. feud.* Borc. *de feud. c. 7. mod. 1. n. 26.* Quamdiu autem pares ſint expectandi, Feudiſtæ inter ſeſe non conveniunt. Rectius exiſtimant, qui tempus judicis arbitrio relinquunt *arg. l. 1. §. 2. π. de jur. delib. l. ſi Curatoris 9. in f. C. de jur. delib.* Hoc enim tempus, quod definitum non eſt certo jure, videtur relinqui debere arbitrio judicis. Duar. *de feud. cap. 4. n. 9.* Sonsbec. *de feud. part. 9. n. 17.* Alij tradunt, per duos menſes illos eſſe expectandos. Bald. *in tit. de conſuetu. rect.*
8 *feud. num. 5.* Ferrar. *lib. 3. Feud. c. 1.* † Pares autem Curiæ ad perficiendam inveſtituram feudi novi ſufficiunt duo. text. apertus in *c. 1. §. ſi quis ſe. ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis. oriat. 1. F. 26. c. 1. quid ſit inveſt. & c. 1. §. quod autē. de not. F.* Ferrar.
9 *d. c. 1,* Zaſ. *Epit. feud. part. 6. n. 3.* † Quod Hottom. in *c. 1. quid ſit inveſt. 2. F. 2.* putat viciosè inductū: cum fieri potius debeat coram toto Vaſallorum Collegio, idquè verum eſſe, ſive extranei adhibeantur, ſive Pares, docet Cujac. *in d. c. 1. 2. F. 2.* & Hottom. *de feud. c. 15.* Plures ut adhibeantur nihil intereſt, per text. *in d. c. 1. §. quod autem de not. Feudor.*

CAP

## CAP. L.

## CUJUS SUMTIBUS ET EXPENſis Vaſalli ſervitia Domino præſtent.

Summaria.

1 *Opinio Innocentii.*
2 *Alia opinio.*
3 *Diſtinctio prima Jacobi de Ardiz.*
4 *Altera diſtinctio.*
5 *Approbatur poſterior diſtinctio Ardizon.*
6 *Extra territorium Vaſallus ſervit ſumtibus Domini.*
7 *Tenor inveſtituræ obſervandus eſt.*
8 *Conſuetudo Regionis attendenda.*

MAgno numero doctores diſſentiūt in quæſtione iſta! Num Vaſallus teneatur ſervire Domino ſuis ſumtibus? † Innocent. *in cap.* 1
*extra. de jurejur.* quem allegat Pet. de Ferrar. *in pract. form. libell. ad revoc. feud. verb. contra, n. 7.* determinat, quod Vaſallus ſuis propriis ſumtibus Dominū adjuvare nō teneatur, niſi ex pacto vel conſuetudine. Imò ſecundum eū non teneatur ad aliquod ſervitiū quod requirit ſumtū niſi in caſibus à jure permiſſis ſeu expreſſis. Juſtū namq; eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium, præſertim cum nec quiſquā propriis cogatur impendiis militare, *tit. extraord. 107. ut Vaſal. ſumt. Dom. ſer. præſt.* † Alii indiſtinctè cōclu- 2
dunt Vaſallos in juſto bello Dominum ut ju-

vent, propriis ſumtibus, per *c.1. à prin. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. et c. 1. §. ut autē æquitas. de allod 2. F. 54. c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55.* Bald. *in c. 1. quibus mod. feud. amit.* Garz.
3 *tract. de expens. & melior. cap. 12. num. 82.* † Diſtinguit Jacob de Ardiz. *in Epit. Feud. cap. 5.* hoc modo! aut ſervitium eſt innominatum, & Vaſallus ſerviet expenſis domini *arg. l. ſed & ſi quid. 25. §. 1. ff. de uſuf. l ſicut ſtipēdia 45. eod. l. imponi. 33. & l. pen. ff. de oper. libert.* Qui enim utitur miniſterio alicujus, impendia ei præſtare debet. *arg. l. ſi id quod. 28. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. in rebus. 18. §. poſſunt. 2. ff. commod.* Aut ſervitiū eſt nominatum, & tunc Vaſallus ſuis expenſis ſervire debet. per *l. ſuo victu. 17. ff. de operib. libert.* Hanc diſtinctionem probat & Ioan. Sichard. *in*
4 *rubr. C. de oper. libert. num. 14.* † Secundò Ardizo ita diſtinguit! Aut feudum eſt ſatis opulentū & ſatis pingue, aut minus. Si pingue ſatis, Vaſallus ſuis propriis ſumtibus inſervire, & Dominū tueri debet argumento ducto à liberto & patrono ad Vallum. & Dominum. *d. l. ſuo victu. & l. quod niſi. 20. eod.* maximè ſi modica ſint impendia *arg. quod dicitur impenſas. 5. & l. omninò 12. ff. de impenſ. in res dot. fact.* fortè uſq; ad fructus feudi *arg. l. ult. §. ubi autem. C. de bon. qu. lib. l. 1. C. de bon. matern.* Aut feudum fuerit tenue & parvum, ut Vaſallus vix ſeipſum inde alere poſſit, & præſtandi erunt Vaſallo à Domino ſumtus,

& ſi

& ſi dominus præſtare nolit, tunc privetur ſervitio *arg. l. alimenta. 6. ff. de agnoſc. & alend. lib.* † Quam diſtinctionẽ poſteriorem eſſe meliorem monet Ardiz. eamq; ut veriorem ſequitur Jacobin. de S. G. *in ſua inveſt. verb. & promiſerunt. num. 1.* Wurmbſ. *pract. obſ. tit. de feud. 51. obſ. 31.* Borch. *de feud. c. 1. num. 26.* Schneid. *part. 5. num.* 111. Zas. *part. 7. num. 44. de Feud* ubi inquit moribus noſtræ Germaniæ, Vaſallos Curiam Domini pro jure dicundo propriis ſumtib. accedere. Suis autem ſumtibus Vaſallus ſervitia præſtabit, cum Dominus illa intra patriam ſive territorium ſuum exigit. † Si extra territorium Dominus voluerit Vaſallum ſibi inſervire, ſervit Vaſallus quidem, ſed impenſis Domini. *arg. l, quod niſi 20. ff. de oper. libert.* Jacob. de S. G. & Wurmbſ. *dd. locis.* Baro à Tautemb. *in tit. hic fin. lex. & in cap. conſu. à prin. n. 18. & ſequ.* Everhard. *Topic. Legal. loc. à libert. ad Vaſal. n. 5.* Quamvis multi contrariũ teneant, Fern. Vaſqu. *contr. illuſt. lib. 1. cap. 6.* † Quod ſi ex tenore inveſtituræ conſtet, cujus expenſis ſervitium præſtandum ſit, & illud debet obſervari, *arg. c. 1. §. prætereà, 2. F. 2. L. 1. §. ſi conveniat. ff. depoſ. cum ſimilib.* † Idem ſi conſuetudo Curiæ Dominicæ aut regionis certam in ea re legem præſcribat. *argum. l. operarum. 50. ibi, conſuetudini. ff. de oper. libert. l. vel univerſorum. 12. ff. de pignorat. act.*

5 6 7 8

## CAP. LI.

# NUM FEUDA DIVIDI POSSINT.

Summaria.

1 *Diviſio eſt inſtar alienationis.*
2 *Feuda dignitatem non habentia dividuntur.*
3 *Diviſio Feudorum eſt quaſi refutatio.*
4 *Feuda dignitatum non dividuntur.*
5 *Idquè propter honorem & utilitatem imperii & num. 6.*
7 *Et quia dignitates minui non debent.*
6 *Id & ſacræ ſcripturæ & naturæ cōſentaneū eſt.*
9 *Feuda dignitatū ſoli primogenito acquirūtur.*
10 *Reliquis filiis à primogenito ſuſtentationis nomine quantum ſufficit præſtandum eſt.*
11 *De cōſuetudine Germaniæ feuda dignitatum dividuntur*
12 *Excipitur dignitas Electoralis.*
13 *Heres pro parte ab altero heredum acquiſita, denuò jurare tenetur.*

QUæſtionis eſt, nū feuda dividi poſſint? Et
1 primò dicendum videtur, quod nō, † quia diviſio eſt quædam alienatio, Text. *in L. 1. & ibi.* Sichard. *C. com. utr. judic. L. filia 28. §. ſi pater. 3. ff. famil. Erciſc.* Feuda verò in totum & pro parte alienare prohibentur, ita, ut contra facientes feudi priventur. *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lo-*
2 *thar. & per Frider. 2. F. 52. & 55.* † Contrarium tamen de jure communi Feudorum verum eſt, quo

quo diſponitur, feuda inferiora & dignitatem regalem annexam non habentia inter coheredes dividi poſſe. Text. eſt in *c. 1. §. omnes filii. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. & agn. Vaſ 2. F. 26. c. 1. §. præterea Ducatus. d. tit. 55. & ibi. FF. communn.* Hartm. Hartm. *pract. obſerv. tit. 54. obſer. 19 per. tot.* Qua diviſione vel ad unum totum feudũ pervenire poteſt. *d. cap. 1 §. omnes filii. ca. 1. verſ. & ad unum ſolum de nat. ſucceſſ. feud. 2. F. 50.* Et hoc conſuetudine notiſſimum eſſe teſtatur Zas. *de Feud. part. 9. num. 40.* licet contradicat Duaren. *de feud. cap. 12. num. 19.* qui hoc caſu requirit agnatorum conſenſum. Sed illum non neceſſarium eſſe dico, cum hac diviſione nihil eis præjudicetur. † Et hæc diviſio potius eſt 3
quædam renunciatio ſeu refutatio, quàm alienatio, *arg. c. 1. à princ. de alien. feud. pat. 2. F. 39.* Aliud juris reperitur in feudis dignitatum regalium, † quæ diviſioni non ſubjacent, cujuſ- 4
modi eſt feudum Ducatus, Marchiæ, Comitatus, vulgariter Ein Fahnen Lehen / quod nobilitat & confert dignitatem, ſed heredes omnes conſortes communem Ducatum habent, & in ea communione coguntur manere contra rationem juris Romani. *L. ſi non ſortem. 25 § ſi centum. 4. ff. de condict. indeb.* Ita eſt text. *in d. §. præterea Ducatus.* & volunt Martin. Lauden. *in cap 1. de fratrib. de nov. benef. inveſt. nu. 7.* Petr-

de Ferrar. *form. libel. quo agit. ad revocat. feud. verb. ac nomine, num.* 10. Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtitura. verb. in feudum num.* 30. & *verb. Marchio. num.* 1. & 7. Zas. *vol.* 2. *conſ.* 20. *num.* 3. Schneid. *in §. quædam actiones. tit. de famil. Erciſc. act. num.* 37. Nec refert, an hæc feuda dignitatem Regalem annexam habentia ſint jurisdictionis, quæ ita dividi poſſunt, ut vel certis regionibus quiſque eam exerceat, vel ut ea locetur uni ex ipſis aut tertiæ alicui perſonæ, vel ut jurisdictio ſit apud ſingulos alternis annis, quia hoc non eſt feudum dividere, *arg. L. quoties* 34. *à princip. ff. de uſufruct.* Baro à Tautemberg. *in d. §. præterea Ducatus num.* 7. Franc. Duar. *d. cap.* 12. *num. fin. verſ. animadvertendum.* Clar. *§. feudum. quæst.* 44.
5 *num.* 1. † Ratio cur feuda dignitatum dividi nō poſſint, eſt utilitas, favor, & honos imperii, ut ſcilicet Principatus integri permaneant, ac per unum ſub regula Politica commodiùs atque tranquilliùs adminiſtrentur. Unum enim imperii corpus, unius animo regendum videtur: ſicuti ab uno gubernatore, una navis, Lips. *lib.* 2. *Politic. cap.* 2. Baro à Tautemb. *in cap.* 1. *§. &*
6 *quia, num.* 16. *de his qui feud. dar. poſſ.* † Deinde Reipubl. intereſt, magnas familias conſervari, & cuique gentilitati ſuum ſplendorem retineri. Nam ut eleganter Tull. *lib.* 5. *de Re-*

*publ.*

*publ.* ſcriptum reliquit, moderatori Reipubl. civium vita propoſita eſt. Ut ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. † Prætereà notum eſt ex jure civili, quod 7
dignitates minui non debeant, ſed augeri. *L. obſervandum.19. ff. de offic. præſid.* Aſt ſi feuda dignitatum dividerentur, ipſa quoquè dignitas diminueretur, quia diminutis divitiis diminuitur & honor, ut eſt text. & ibi Dd. in *§. hoc quoq;. 2. Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir.* Schurph. *cent. 1. cons. 17. num.* 16 Borch. *de feud. cap. 7. mod. 2. num. 41* † Quinimò ipſa natura dicta- 8
tat omne regnum impatiens eſſe conſortis. Id Eſau & Jacob in Rebeccæ adhuc utero nobis delineat. Geneſ. *c. 25. verſ. 22. c. in apibus. 7. qu. 1.* Id Roma fraterno madens ſanguine teſtatur, quæ cõdita duos fratres ſimul Reges habere nõ potuit. Itaq; parricidio dedicata eſt, Plin. Secũd. *in libel. de vir. illuſt. c. 1. L. ſi quis. fin. ff. de rer. diviſ.* Id & naturæ in animantibus docet inſtinctus, quo in apibus Principem unum eſſe videmus, & grues ducem unum ordine ſequi literato *d. c. in apibus.* Hinc fit, ut Imperator habeatur unus, judex unus provinciæ, ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archiepiſcopi, ſinguli Archidiaconi, ſingulis & Eccleſiis & provinciis ſint cõſtituti *d. cap. in apib.* † Prædictæ ergo di- 9
gnitates perpetua ſucceſſionis ſerie apud unum

primogenitum nempe conſiſtent, cũ jus primogenituræ & lege naturæ ac divina nitatur, & pontificio jure confirmetur. Num. *cap. 27. c. licet. in fin. de vot.* Covar. *reſol. 3. cap. 5.* Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 5.* Guilh. Ranchin. *in tr. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 19. num. 1.*
10 ubi plura adducit exempla † Reliquis autem filiis natu minoribus à primogenito tãtum præſtandum eſt, quantũ ad honeſtam vitæ ſuſtentationẽ ſufficiat, pro generis ſplendore & facultatibus Principatus: modò tamen primogenito ſuperſit, quo principis dignitatẽ cõmodè tueatur. Baro à Tautenb. *in d. §. & quia, n. 17.* Ranch.
11 *d. §. 10. num. 4.* † Hodie vi conſuetudinis tùm apud exteros, tùm præcipuè apud Germanos receptæ feuda dignitatum majorum dividuntur, nõ ſolũ ratione jurisdictionis & adminiſtrationis, ſed etiã ratione bonorũ, & dominii utilis, Teſtes ſunt Andr. Geil. *lib. 2. obſ. 153. nu. 2.* qui ex re imperii magis eſſe monet, ſi hujuſmodi feuda indiviſa manerẽt, jusq; primogenituræ locum obtineret. Zas. *d. part. 9. num. fin. & vol. 2. conſil. 20.* Weſemb. *in addit. ad Schneid. d. tit. de famil. Erciſ. act. num. 38.* Schurpff. *cent. 1. conſ. 17. num. 5.* Clar. *d. quæſt. 44. n. 2.* vide Roſenth, *in ſuo tract. feud. c. 9. coccl. 57. & ſeqq.* Idquè ſine conſenſenſu ſummi principis. Nam eo hoc permittẽte diviſio feudorũ dignitatũ aliâs licita eſſet. Gail.
12 *d. obſ. num. 2.* Duar. *d. ca. 12. n. 19.* † Excipe tamen Electora-

Electoralem dignitatẽ, quam Imp. Carol. IV. individuam eſſe & jus primogenituræ in ea locum habere voluit, ut videre eſt in aurea Bulla rubr. Von der Ertzbiſchoffen ſegen §. Wiewol auch.
† Illud hoc loco prætermittendũ non eſt, quod 13
licet feuda vel unum vel plura dividantur, Vaſallis tamen ſine herede mortuis, pars quæ ex diviſione habetur, ad ſuperſtites revertatur, nõ ad dominum: niſi ſpeciali pacto aliud conveniſſet. Zaſ. *d. part. 9. n. 40.* Hartm. Hartm. *d. obſer. 19. num. 9.* Et heres qui poſt diviſionem factam. portionem alterius heredis acquiſierit, pro illa parte de novo acquiſita jurare denuò tenetur, cum juramentum primum ſaltem cenſeatur præſtitum contemplatione partis ſuæ, quæ ſibi in feudo competebat, atquè hac de cauſa minimè reſpiciat portionem deinde acquiſitam. Iſern. & Alvar. *in c. 1. §. ſed & res. 2. F. 3. quid ſit inveſt.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. num. 149.* Quod in aula Electorali Ducis Saxon. hanc recepit interpretationem, ut is qui ſemel juravit fidelitatem, novo juramento non onerari ſoleat, ſed ſufficiat eum ſtipulatâ manu fidem prius juratã interponere, & promittere ſe id, quod antea juraverat, etiam reſpectu ejus feudi, quod de novo acquiſivit, præſtiturum. Hartm. Piſt. *quæſt. feud. 47. num. 13.*

## CAP. LII.

## AN UNUS VASALLORUM AD DIviſionem feudi provocans, cæteros etiam invitos cogere poſſit.

Summaria.

1 *Negativa opinio*
2 *Ejus ratio. & num. 3.*
4 *Affirmativa ut communis recipitur.*
5 *Reſpondetur ad argumenta contrariæ opinionis. & num. 6.*
7 *Vaſalli dividunt feuda invito Domino.*
8 *Dominus tamen Vaſallos ad diviſionem feudi non compellit.*

OCcaſione præcedentis quæſtionis ulterius quæritur, an uno ex Vaſallis ad diviſionem provocante, cæterorum qui prohibent, conditio
1 ſit melior? † Et prohibentium conditionē me-
2 liorem eſſe aliqui tradunt † per tex. *in c.1. §. præterea Ducatus. ibi: ſi conſortes voluerint. hoc eſt, ſi omnes conſenſerint, de proh. feud. al. per Frid. 2. F. 55. arg. L. in ambigua. 19. ff. de leg.* Mozz. *de diviſ.*
3 *feud. n. 49.* † Et quia, quod pluribus cōmune eſt, id ab omnib. approbari debet. *c. quod omnes. 29. de reg. jur. in 6. l. per fund. 11. π. de ſerv. ruſt. præd. L. recept. fin. ff. com. præd. L. fin. C. de aut. præſt.* & tali caſu potior cauſa eſt prohibentis. *L. Sabinus. 28. ff. com. divid. c. in re communi. 56. de reg. jur. in 6.*
Felin.

Felin. *in c. quæ in Eccleſi. de conſt.* † Communior 4
& verior eſt Dd. opinio, qui ſtatuunt, quod dividere quis cogi poſſit, etiam uno tantũ Vaſallorũ ad diviſionẽ provocante. *arg. L. & ſi non omnes 8. à prin. ff. com. divid. L. Julian. 13. ℘. idem Celſus 17. ff. de act. emt.* Tritũ enim dogma eſt, quod nemo in communione, quæ diſcordias alit *L. ſi non ſortem 25. ℘. ſi centũ. ff. de condict. indeb.* invitus manere cogitur. *l. cum pater 77. ℘. dulciſſ. 20. ff. de leg. 2.* Et hanc opinionem in puncto juris melius defendi poſſe exiſtimat Schrad. *de feud. part. 1. q. 4. n. 9. & ſeq.* Duar. *de feud. c. 12. n. fin.* Vult. *lib. 1. F. c. 8. n. 36.* Eamq́; in Camera Imperiali confirmatã fuiſſe teſtatur Gail. *lib. 2. obſ. 153. n. fin.* † Ad tex. ver- 5
ba in d. ℘. præterea Ducatus. ſi conſortes voluerint, reſpondet Duar. *in d. c. 12. n. 19.* quod tantũ indicent, Feuda majorum dignitatũ (de quib. egerat Imp. à prin. d. ℘. præterea Ducatus) ne cõmuni quidem omniũ conſortiũ conſenſu dividi poſſe. Poſſunt illa verba ſecundum jus cõmune & ſic accipi, ſi conſortes voluerint, h. e. ſi quis ex conſortibus, vel ſi omnes voluerint per *d. l. ſi nõ ſortẽ. ℘. ſi cent. & d. l. cum pater. ℘. dulciſſi.* † Nec 6
adverſatur, quod in re communi potior ſit cauſa prohibentis. Quia illud axioma procedit, quando ſocius vult aliquid facere aut reficere in loco cõmuni ad eum uſum, ad quem res parata non eſt, & tunc ſi intereſt prohibentis non fieri, melior conditio eſt prohibentis. † Permittitur

7 mittitur autem Vaſallis diviſio feudi domino etiam invito *d. §. prætereà Ducatus* & ibi Alvar. intereſt enim Domini habere plures Vaſallos qui tenentur illi præſtare fidelitatem *cap. 1. §. omnes filij. ſi de feud. def. cont. ſit. int. dom. & agn.*
8 *Vaſal. 2. F. 26.* † Dominus tamen Vaſallos invitos ad diviſionem compellere nequit. Text. eſt manifeſtus in *d. §. prætereà Ducatus.* ibi: aliud feudum, ſi conſortes voluerint dividatur. & ibi Feudiſtæ com.

## CAP. LIII.

## NUM FEUDUM LOCARI POSSIT.

Summaria.

1 *Feudum ad modicum tempus locari poteſt.*
2 *An feudum ad longum tempus locari poſſit?*
3 *Negantium opinio, & illorum fundamenta. Ampliatur num. 4.*
5 *Affirmantium ſententia, & eorum argumenta. Probatur num. 6.*
7 *Locationem ad longum tempus dici alienationem quomodo intelligendum.*
8 *Locatione ſimplici poſſeſſio non transfertur.*

FEudum ad modicum tempus, hoc eſt, novem, vel pauciores annos locari poſſe à Vaſallo, Feudiſtæ communiter docent per *c. 1. §. donare. qual. feud. pet. ol. alien. 2. F. 9.* Blanc. *in Epit. Feud. lib. 2. c. 1. n. 88.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua*

*in ſua inveſt.verb.in feudum.num.7.* niſi fortè in potentem locatio fieret, ut eius feudi non facilè recuperandi timor eſſet. Petr. de Bella Pert. de feud. *cap.8. num.24.* Hujus verò doctrinæ ratio eſt, quod locatio modici temporis non ſit ſpecies alienationis: nam qui alienare & oppignorare prohibitus eſt, locare tamen poteſt. *L. Lucius 88. §. inſtituto. 15. ff. de legat.* 2 Franc. Hottom. *in d. §. donare, & diſp. feud. c.34.* † Ve- 2
rum an & ad longum tempus, hoc eſt, ad decennium, & ultra Vaſallus ſine licentia Domini locare poſſit feudum alteri, inter partes hæret diſſidentes? † Negant plurimi, Vaſallum feudum 3
ad longum tempus locare poſſe, per rationes ſequentes. I. Quia locatio longi temporis æquipollet alienationi, cum ex ea transfertur utile dominium in conductorem, adeò ut ei in rem actio competat. *arg. L.1.§. qui in perpetuum.1.π. ſi ager vectig. l.1. §. quod ait prætor. 3. ff. de ſuperfic. Nov. 130. & clem. 1. de reb. alien. non alien.* Sichard. *ad l emtorem. 9 num. 8. C locat.* Cujac. *in not. Inſtit. de locat. & conduct.* Duar. *lib.7. c.9. de benef. Eccleſ.* Clar. *§. feudum qu.33.n.1.* Everh. *in Topic. loc. à feud. ad Emphyt.n.50.* & ita hujuſmodi alienatio tranſit in contractũ Emphyteuticum. Jacobin. de S. Georg. *in verb. & cum pacto, de non alien. num.13.* Ferrar. Montan. *lib.4. Feud. c.1.* Zaſ. *de feud. part.9. num. 12.* Sonsb. *de feud. part.12, num. 84.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 36.*
per

*per l. qui fundum 32. l. cum in plures. 60. ff. locat.* Et locationem ad longum tempus dici alienationem, commune ait Eman. Soar. *in com. opin. lit. C. num. 192.* Petr. de Ferrar. *form. lib. quo*
4 *agit. ad ſict. præſtat. verb. inveſtivit. num. 1.* † Adeò verò hanc opinionem eſſe veram ait Curt. *de feud. part. 4. num. 92.* ut etiam procedat, quando in locatione ad longum tempus diceretur, quod tot eſſent locationes, quot anni.
5 † Alij contrà exiſtimant, locationem feudi ad longum tempus Vaſallo eſſe permiſſam. Pinel. ad *L. 1. part. 3. num. 66. C. de bon. matern.* Ant. Gomes. *tom. 2. var. reſolut. cap. 3. n. 11.* Connan. *lib. 6. com. c. 12.* Obrecht. *de feud. c. 3. num. 127.* Treutl. *ſelectar. diſput. fol. 1. diſp. 29. th. 2.* Iſti moventur primò. Quia natura locationis talis eſt, ut nihil juris de dominio vel poſſeſſione in conductorem transferatur. *L. non ſolet 39. L. cum in plures 60. in f. prin. ff. de loc. l. ſervi emtor 16. ff. de peric. & com. rei vend. l. malè agitur 2. C. de præſcri. 30. vel. 40. annor.* Pro qua ſententia facit, quod feudũ ſit uſusfructus generatim accepti ſpecies, ut benè probat Vult. *de feud. lib. 1. c. 2. n. 9.* Accedit, quod diuturnitas tẽporis, quo res locata eſt, non faciat domini aut Vaſalli conditionẽ deteri-
6 orem, ſed minus juſta merces. † Poſteriorẽ hanc opinionẽ, ut veritati legum magis conſentaneã ego amplectendam eſſe cenſeo. Natura ſiquidẽ contractus locationis eſt, ut in conductorẽ regulari-

gulariter nihil juris de dominio vel poſſeſſione transferatur *d.l.non ſolet d.l.cum in plures.d.l.ſervi emptor.* ſive ille contractus fiat ad modicũ, ſive ad longũ tempus. Non enim diſtinguit textus *in §. adeò.3. Inſt. locat.* inter locationẽ modici & longi temporis, ſed tantũ ſeparat conductionẽ ſimplicem ab Emphyteuſi perpetua. † Ad illud 7
quod communiter objici ſolet, nimirũ locationem ad longũ tempus eſſe alienationẽ & transire in contractũ Emphyteuticũ, reſpondeo, iſtud procedere, quando locatio ad longũ tempus celebratur eo pacto ut in conductorẽ tranſeat dominiũ & poſſeſſio. *d. §. adeò autem. l. 1. §. qui in perpetuũ. π. ſi ager vectig* Nam ſi aliquam rẽ poſſideam, & eandem poſtea locẽ, multũ refert, in his quid agatur. † Locatio verò ſi ſimpliciter fi- 8
at, ſive ad modicũ ſive ad longum tempus, tunc ſecundum naturam illius absq; dubio dominiũ & poſſeſſio remanent penes locatorem. *d.l.non ſolet.d.l.cum plures. c inter dilectos.circ.fin.ibi,per inſtrumenta verò. de fid. inſtrum.* Locatio enim nõ eſt alienatio rei. Nam dominium utile, quod transferri locatione ad longum tempus dicunt, jure civili incognitũ eſt, adeoq; nullũ. Obrecht. *d.c.3.n.127.* Gabriel. Rom. *com. concl. lib. 3. tit. de locat. concl. 4. n. 1.* Quam opinionẽ benè quoq; confirmat text. à princ. *d.l.cum plures.* ubi indefinitè dicitur, locationẽ in plures annos valere.

Verba

Verba illa in plures annos decennium, longiuſvè tempus comprehendunt, nec ſine divinatione à gl. & Dd. reſtringuntur.

## CAP LIV.

## FRATRUM FILII QUOMODO IN feudis ſuccedant.

Summaria.

1 *Filij fratrum cum patruo in ſtirpes ſuccedunt.*
2 *Filij fratrum ſoli quomodo ſuccedant.*
3 *Olim filij fratrũ ſucceßerunt patruo in capita.*
4 *Opinio Accurſij.*
5 *Opinio Azonis.*
*Defenditur num. 6. 7. 9.*
7 *Transverſales ejuſd. gradus ad ſucceſſionem in capita vocantur.*
8 *Ponitur ratio diverſitatis, cur filij fratrum cum patruo in ſtirpes ſuccedant, in capita verò ſi ſoli exiſtunt.*
10 *Dictio Tunc extremitatem temporis denotat.*
11 *Diluuntur contraria argumenta. & num. 12.*
13 *Azonis ſententia in S. R. Imperio obſervatur.*

1 ILlud extra controverſiam eſt. † in feudo paterno ſive antiquo, ſi Vaſallus moritur relictis fratribus, & alterius fratris filiis, hos fratris filios in locum patris eorum in ſtirpem ſimul cũ patruo in feudum ſuccedere, & tantam aſſequi portio-

portionem, quantam eorum pater, ſi in humanis eſſet, conſequeretur. Text. *in. c. 1. §. his verò. de ſucceſſ. fratr. 2. F. 11. Novell. 118. cap. ſi igitur defunctus. 3. verſ. quod ſi defuncto. Auth. ceſſante & auth. poſt fratres. Cod. de legit. hered.* Petrus de Ferrar. *form. libel. ad revocat. feud. verb. nec ſuperſtitib. num.* 13. Guil. Ranch. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 13. num.* 11. Jure enim repręſentationis filii parentem referunt, atque una cum illo perſona exiſtimãtur. *L. fin. C. de impub. & al. ſubſtit.* & ibi Dd. † Verùm, ſi Vaſallus defunctus nullum fratrem, ſed utrimquè fratrum filios reliquerit, an hujuſmodi fratrum filii in ſtirpem, an verò in capita patruo ſuccedãt, magna eſt diſputatio? Et hæc quæſtio cum in jure Feudorum deciſa non extet, ex jure communi reſolvenda eſt juxta text. *in cap. 1. §. ſtrenuus. de feud. cognit. 2. F. 1.* † De Jure veteri nemo dubitat, id enim certiſſimum eſt, filios fratrum olim vocatos fuiſſe in capita, non verò in ſtirpes. Cai. *in fragm. tit. de inteſt. hered.* Ulp. *in fragm. tit. 26. de hered. legit. §. agnatorum. L. lege 12. tabb. 14. C. de legit. hered. l. poſt conſanguineos 2. §. hæc hereditas 2. ff. de ſuis & legit. hered. §. hoc etiam. 4. & ibi Theoph. Inſtit. de legit agnat. ſucceſſ.* Id tamen nõ ita expeditum eſt, quin in controverſiam vocatum, & ſuperioribus temporibus maximis diſputationibus agitatũ fuerit inter ICtos. † Accurſius *in d. auth. ceſſante. tradidit. fratrum* 4

vocari *d. lege 12. tabul. d. l. poſt conſanguineos 2. §. hereditas.* Iniquiſſimum enim eſſet, ſi pari gradu conjunctæ, ſed multiplicatæ ſoboli naturalis ſucceſſionis commodum adimeretur, data illis prærogativa, qui non gradu conjunctiores, ſed numero eſſent pauciores cum alioqui per rerum naturam inter pares non cadat quid præcipuum, ſed pares meritò pari debeant jure cenſeri. † Diverſa autem ratio eſt, quoties nepotes cum patruis vocantur ad ſui ſucceſſionem. nam cum gradus conjunctione à patruis ſuperentur, & mediante paternæ repræſentationis beneficio ad ſucceſſionem patrui admittantur *d. Novell. 118. cap. 3. verſ. ſed ipſi.* non mirum, ſi tunc nequeant plus conſequi, quam habiturus fuiſſet pater, cujus innixi perſonæ, unà cum patruis admittuntur. At in ſuperiori ſpecie non ulla patris repræſentatione, ſed juris ſui robore fulciti, & æqualiter defuncto conjuncti æqualem quoquè in capita merentur ſucceſſionem. Myniſng. *cent. 3. obſer. 94.* Baro à Tautemb. *de ſucceſſ. feud. num. 4. 1. F. 8.* Teſſaur. & Borch. *dd. locis* † Adjuvat hanc opinionem Text. *in dict. Novell. 118. cap. 3. verſ. ſed & ipſis.* ubi talia ponuntur verba, ſed & ipſis fratrum filiis, tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur thiis, id eſt, cum ſuis patruis, &c. per quem tex-

8 9

tum manifeſtè apparet, quod fratrum filii in parentum locum non aliter ſuccedũt, quàm ubi cum propriis ſuis patruis, id eſt, fratribus defun-
10 cti vocantur. † Vulgò enim notum eſt dictionem, Tunc, præcidere ad tẽporis extremitatem. *L. ſi his 4. ad fin. ff. de condit. & demonſt. l pen. ff. de teſtam. tut.* Jaſ. *in §. rurſus num. 27. Inſt. de action.*
11 Denays, *in diſput. de jur. mer. imper.* † Huic ſententiæ non repugnat. *d. Novell. 118. cap. 3.* quoniam ibi non cavetur, ut fratrum filii in ſtirpes ſuccedant, ſed ibi demum ubi cõcurrunt cũ fratribus defuncti. Eoquè ſenſu accipi debere *d. auth. ceſſante.* monet quoque Vaud. *lib. 1.*
12 *quæſt. 26.* † Nec verum eſt, fratrum filios hac ſpecie patris perſonã repræſentare, ejúſve perſona niti. Nam ſuopte ſucceſſionis jure ſuffulti, non ex patris, ſed ex propria ſua perſona vocantur, ut meritò tot fieri partes hereditariæ debeant, quot ſint perſonæ. Reliquis argumentis contrariæ opinionis ſatisfecit Hottoman. *in d.*
13 *quæſt. 14.* ubi latè & doctè examinat. † Hanc cõtroverſiam poſt magnum Dd. conflictum D. Imp. Carolus V. in Comitiis anno 1529. Spiræ habitis diremit, & pro poſteriori hac ſententia Conſtitutionem fecit. Schneid. *de feud. part. 6. pr. part. 2. cap. 4. num. 11.* Weſembec. *in ff. de grad. num. 16. & in §. cum filius. 7. num. 6. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defert. & in §. hoc etiam. 3. num. 4. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* ſecundum

quam

quam & in Camera Imperiali pronunciatum fuiſſe ſcriptum reliquit Mynſin. *d. obſerv. 9. in fine.* Eamque ſententiam Gallica etiam Parlamenta recepiſſe teſtatur Hottomannus *in d. quæſt. 14.*

## CAP. LV

## FILIUS ADOPTIVUS AN IN feudo ſuccedat.

Summaria.

1 *Ratio dubitandi.*
2 *Deciſio.*
3 *Appellatione heredis in jure Feudorum venit filius verus ac naturalis.*
4 *Appellatione filii adoptivus non continetur.*
5 *Adoptio jus ſanguinis non confert.*
8 *Reſpondetur dubio.*
7 *Limitationes.*

QUæro, an filius adoptivus ſeu civilis ad ſucceſſionem feudi admittatur? † Dubi- 1
um facit, quod adoptio cognationẽ adferat *L. 1. §. cognationem. 4. ff. und. cognat.* Cognatio autẽ eſt jus ſanguinis *§. pen. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* † Sed in contrarium eſt *cap. 1. §. adoptivus. ſi de* 2
*feud. defunct. int. dom. & agn. 2. F. 26.* ubi exprimitur, filium adoptivum in feudis non ſuccedere. & ibi. Alvarot. Baro à Tautenb. Zas. *in Epit. Feud. part. 5. num. 67. & part. 8. num. 14.* Blanc. *in Epit. Feud. lib. 3. cap. 1. num. 13.* Ratio eſt

quod ſeudum conceditur alicui, ut ille, & ejus heredes habeāt *c.1.§.fin. in quib.cauſ.feud.amit.*
3 *2. F.23.* † Heredis verò appellatione in jure Feudorum filius verus ac naturalis cōprehenditur *c.1.§.etſi clientulus de alie.feud.1. F.13.c.1.§.Titius: ſi de feud.int.dom.& agnat. Vaſall.2.F.26.* †
4 Appellatione filii, adoptivi nō cōtinentur. *prin. Inſtitut. de excuſat. tut. vel Curat. L. ſextum decimum 2.§.adoptione 2.ff.de vacat,& excuſ.mun.* Baro à Tautem. *in d.§.adoptivus.* Gail. *lib.2.obſer.136.num.14.& ſeq.* Mynſ. *ad prin. Inſt.de adoption.nu.9.* Ex quibus elicitur quod feuda dan-
5 tur ſanguini. *d.§.etſi clientulus.d.§.filius.* † Adoptio verò jus ſanguinis non adfert *L. qui in adoptionē.23.ff.de adoption.* Weſemb. *in ff.de adoption.num.5.* Non enim veri liberi ſunt, ſed adſciticii & cōmentitii *L.fideicommiſſum 76.ff.de condit.& demonſt.* Petr. de Greg. *de conceſſ.feud.*
6 *part.6.qu.10.nu.16.& ſequ.* † Nec adverſatur ratio dubitandi, Quia cognati aliâs in genere, aliâs in ſpecie cōſiderantur. Filius adoptivus eſt adgnatus in ſpecie, cognatus in genere, at non in ſpecie: Cognati in ſpecie dicuntur, qui ex uno cōmuniter nati, vel (ut Labeo ait) quaſi commune naſcendi initiū habuerunt. *L.1.§.cognati.1.ff.und.cogn.* vel ab eodē orti ſunt *L.nō facilè.4.§.1.*
7 *ff.de gradib.* † Fallit verò iſta concluſio ſecundū quoſdā in caſibus ſequētibus. 1. Niſi in prima inveſtitura pactum eſſet, ut ſuccederent, ſi qui adopta-

adoptarentur, 2. Si pater adoptaret filium naturalem, & legitimũ, vel nepotem, quem ante emancipaverat, poſt feudi tamẽ acquiſitionem. Tunc enim (ut in priſtinum ſtatum reſtitutus) ſuccedet rurſus in feudo abſq; ullo dubio. 3. Si feudum fœmininũ eſſet, & avus maternus adoptaret nepotem ex filia præmortua alioqui illi ſucceſſurum. 4. Si adoptati eſſent, priuſquam feudum parens acquiſivit, quos dominus adoptatos jam ſciebat. 5. Si conſuetudo eſſet filium adoptivum ita ut legitimum & naturalem ſuccedere. 6. Si eo tenore per Principem quis fuiſſet arrogatus, ut in feudo ſimul ſuccederet. De quibus caſibus. Franciſc. Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 63. & ſequ.*

## Cap. LVI.

### QUALITER OMNES HEREDES Vaſalli defuncti fidelitatem Domino jurare debeant?

Summaria.

1 *Heredes omnes Vaſalli Domino jurare coguntur.*

2 *Omnes heredes ſimul jurare debere aliqui volunt.*

*Quia heredes unius defuncti perſonam repræſentant. num. 4.*

*Quia ita & tit. extraord. 77. requirit. nu. 4.*

5 *Heredes ſingulariter jurare debere rectiùs alii docent.*

*per rationem num. 6. & ſeq.*

8 *Reſpondetur argumentis contrariis. & num. 9.*

10 *Unum heredem, ſi juramentum offerret, Dominus pro ſua parte inveſtire tenetur.*

11 *De conſuetudine Germaniæ unius ex heredibus Vaſalli nomine omnium inveſtiturã petere & jurare poteſt.*

12 *Servitia à pluribus heredibus quomodo præſtanda.*

1 SI Vaſallus decedat pluribus relictis filiis vel heredibus, tunc omnes filios vel heredes ejus fidelitatem facere debere, maximè ſi indiviſum feudum habeant, ait textus *in cap. 1. §. omnes filii. ſi de Feud. defun. int. dom. & agnat. Vaſ. 2. F. 26.* cum quo concordat textus in *cap. 1. præterea Ducatus. §. ibi,* ita ut omnes qui feudi partem habent, jam diviſi vel dividendi fidelitatem faciant. *de prohib. Feud. alienat. per Frideric. 2. F. 55.* Verùm quomodo id, quod dicitur, Omnes filios ſeu heredes, ſi feudũ pro indiviſo poſſidẽt, fidelitatẽ facere debere, accipiendum ſit, nõ cõveniũt inter ſeſe Interpp? Etenim

2 nõnulli volũt, † illa verba intelligẽda eſſe collectivè, hoc eſt, ſimul & ſemel, quaſi omnes ſimul ſeu collectivè teneãtur inveſtiturã petere, & jurare fidelitatem. Baro à Tautenb. *ad d. §. omnes filii. & ibi* Gothofr. Weſemb. *de feud. ca. 8. nu. 22.* Duar. *de feud. ca. 13. nu. 2.* Fachin. *7. contro. c. 57.*

3 † Rationẽ adferũt hanc! Quia filii in demortui

patris

patris feudum ſuccedentes, unius perſonam referunt. *arg. l. ſi cui fundus legatus. 56. in f. ff. de condit. & de m. l. cum à matre. 14. C. de rei vindic.* † Pro iſta interpretatione afferunt quoq; tit. extraordin. 77. incip. cum plures. cujus verba ſunt; 4
cum plures fratres Vaſalli paternum habeant beneficium, donec illud indiviſum poſſident, una fidelitas, & unum ſervitium Domino fieri debet, ſi verò partitum fuerit, quot partes, tot eſſe fidelitates. Qui textus non dicit, unũ tantùm ex fratribus ad jurandam fidelitatẽ teneri quando feudum eſt indiviſum, ſed dicit, unam fidelitatem præſtandam, quod ſignificat omnes fratres ac ſucceſſores in feudo ſimul obligatos eſſe ad fidelitatem, & ad ſervitium, non autem ſeparatim, uti quando diviſum eſt feudum, quo in caſu quot ſunt partes feudi, tot ſunt fidelitates, quia ſcilicet ſinguli ſeparatim jurant, & quilibet pro ſua parte tenetur ad ſervitium præſtandum, & ideò ſubjicit textus, quando feudũ eſt diviſum, ſervitia verò non pro partibus, ut unum primum videlicet, graviora, ſed pro quantitate beneficii moderanda. † Alii dicunt verba in *d. §. omnes filij. & in d. §. præterea*, eſſe accipienda diſtributivè & ſingulariter, ita ut quilibet ſucceſſorum ſingulariter in ſolidum Domino juramentum præſtare debeat, contemplatione tamẽ partis, quæ ad ipſum ſpectat. Alvar. & Hottom. *in d. §. omnes filij*. Jacobin. *in verb.* 5

*qui quidem inveſtiti.num.* 22. Schneid. *de feud.*
6 *part.* 5. *num.* 12. † Iſti moventur, quod juramentum fidelitatis eſt quid individuum. Et in his, quæ ſunt individua, quilibet heredum tenetur in ſolidum *L. heredes* 25. *§. an ea.* 9. *ff. fam. Erciſc.* Quam tamẽ rationem improbat Molin. duplici fundamento, ut videre eſt apud Hartm. Piſtor.
7 *quæſt. feud.* 47. *n* 3. † Ego arbitror, rationem, cur quilibet heredum ſingulariter in ſolidũ Domino juramentum præſtare debeat, eſſe hanc, quia quilibet eo ipſo, quod tenet partem ſuã feudi ſive diviſam, ſive indiviſam, ſive majorẽ, ſive minorem, cenſetur Vaſallus Domini pro ea parte, quæ ad ipſum ſpectat, & proptereà meritò quilibet tanquã Vaſallus ad ipſum obſequiũ fideli-
8 tatis æqualiter obſtrictus eſt. † Huic opinioni nõ adverſatur, quod ideò omnes heredes ſimul jurare debeat, qui uni⁹, id eſt, defuncti repreſentãt perſonam. Quia tum demum plures unum corpus repreſentãtes collectivè conſiderari ſolent, quando commodũ ad eos ſpectat, ut univerſos, non ut ad ſingulos. *L. quod major.* 19. *ff. ad municip. l. aliud.* 160. *§. refertur.* 1. *ff. de reg. jur. c. cum omnes. de conſt.* At quando plures nõ faciunt collegium, & res, cõmodum ac incommodũ ad eos ſpectat, ut ſingulos, non ut ad univerſos, tùm nunquã conſiderantur collectivè, ſed diſtributivè, & ſingulariter quilibet per ſe. *L. per fundum.* 11. *de ſervit. ruſt. præd.* Hereditas autem non pertinet

tinet ad plures heredes, ut ad univerſos ſeu tanquã ad repreſentantes unũ corpus, ſed ut ad ſingulos, & quilibet ſingulariter per ſe pro parte ſua hereditaria conſideratur, & pro ea tantum parte dicitur repreſentare defunctũ, in reliquis cẽſetur extraneus. *L. cũ. à matre.14. C. de rei ven.* † Ad text. in d. c. cum plures, tit. extraord. 77. ita 9
reſpondet Piſt. in *d. quæſt. 47. n. 11.* Quod licet omnes filii fidelitatem faciant, quia tamen unusquiſq; pro parte ſua tantùm jurat, & pro illa ſolũ parte repreſentat defunctũ *d. l. cum à matre*, atq; hac ratione omnes jurantes unam defuncti perſonam ſupplent. *l. cui fundus, 56. ff. de cond. & demonſtr.* Ex hoc ipſo juramentũ etiam ab omnib, præſtitũ rectè una fidelitas appelletur. Et ita ſimul conſiſtunt, omnes heredes jurare debere, & tamen unam & eandem eſſe fidelitatẽ repreſentantem perſonam defuncti. conf. Vult. *1. F. c. 7. n. 91.* † Unus heredũ ſi juramentũ offerret pro ſua 10
parte fortè indiviſa, petens admitti & inveſtiri, Dominus non poteſt recuſare, & eò uſq; differre donec reliqui etiã coheredes ſimul venirent, & jurarent, ſed ſingulos accedentes ad juramentũ fidelitatis admittere tenetur, juxta opinionẽ Piſt. *d. qu. 47. n. 14.* † De recepta cõſuetudine Ger- 11
maniæ heredes defuncti Vaſalli poſſunt unũ ex illis eligere tanquã Curatorẽ vulgò Ein träger / oder Lehenträger / qui omniũ nomine inveſtituram petet & jurabit. Teſtis eſt H. Hartm. *pract. obſerv.*

*obſ. tit. 54. de feud. obſ. 19. num. 2.* Zaſ. *in Epit. Feud. part. 7. num. 11.* Borch. *tract. feud. cap. 7.*
12 *mod. 1. num. 34.* Wurmbſ. *tit. 51. obſ. 35.* † Sed qualiter plures heredes poſſidentes unum feudum ſervitia præſtabunt? In hac quæſtione ita diſtinguo! Aut ſervitium eſt dividuum, & conſiſtit in dando, & tunc quilibet illorum Vaſallorum tenebitur pro parte, quia ipſo jure fit diviſio à Lege, *l. 1. C. ſi cert. pet. L. ea quæ in nominibus. 6. C. famil. Erciſc.* Aut ſervitiũ eſt perſonale & ſic individuũ, pùta ad prælium ire cum domino, & iſto caſu ipſi heredes Vaſalli defuncti debent eligere idoneũ ex ſeipſis, qui ſerviat Domino in prælio, & cogitur dominus eſſe contentus, quod habeat unũ æquè idoneũ, ſicut erat Vaſallus defunctus *arg. l. jam tamen 5. §. ſi tamen plur. 7. ff. de jud. ſolv. L. ſi quis domum. 9. ff. de loc.* Baro à Tautenb. *in d. §. omnes filii. num. 4.* & ibi Gothofr. Jacobin de S. Georg. in *d. verb. qui quidem inveſtiti. num. 23.* Schneid. *de feud. part. 5. num. 14.* Ideoque etiam is, qui pro cæteris coheredibus ſervitium præſtiterit, compenſationem à cæteris pro ea parte conſequetur. *L. ſtipulationum 2. §. ex his ff. de verb. oblig. L. heredes. 23. §. an. ea. 9. ff. famil. erciſc.* Hartm. Piſtor *qu. feud. 47. num. 16.* ubi ait, hoc omnes ita docuiſſe.

CAP.

## CAP. LVII.

## SI DOMINUS FEUDI MORIATUR pluribus relictis heredibus, an omnibus jurandum, & ab omnibus inveſtitura petenda ſit.

Summaria.

1 *Affirmativa opinio.*
*Hujus rationes num. 2. 3. 4.*
5 *Heredes Domini defuncti unum eligant, cui juramentum fidelitatis Vaſallus præſtare debeat.*
6 *Vaſalli uni tantùm heredum nomine omnium jurare debere alii tradunt.*
*per rationem num. 7. & 8.*
9 *Poſterior opinio in Germania obſervatur.*
10 *Conciliatio opinionum pugnantium.*
11 *Electionem eſſe Vaſalli, cui ex heredibus domini juret, nonnulli volunt.*
*Contrà, num. 12.*
13 *Conciliantur iſtæ opiniones.*
14 *Qualiter Vaſallus plurib. heredibus Domini ſerviet.*
15 *Alij diſtinguunt.*
16 *Alia opinio, quæ recipitur.*

E Contrariò, ſi Dominus feudi decedat relictis pluribus heredibus, nunquid Vaſallus teneatur ab omnibus petere inveſtituram, & omnibus præſtare juramentum fidelitatis, ſæpè in contro-

1 controverſiam vocari videmus? † Et primo aliqui ſcribunt, quod ab omnibus heredibus Domini inveſtitura petenda, omnibusq; juramentũ fidelitatis præſtandum ſit. Ita *gl. in l. ſi cujus 13. §. 1. verb. oportet. ff. de uſufr.* Quam gloſſam ſequitur Weſemb. de *feud. cap. 8. n. 26.* Sonsb. *tract. feud. part. 11. num. 16.* Borch. *de feud. c. 7. mod. 1. num. 35.* & alii quos citat H. Piſtor. *qu. feud. 47.*
2 *num. 19.* † Rationem hujus opinionis vulgò afferunt, quod ſinguli heredes ſint Domini, & ſin-
3 gulis jus pro rata ipſorum parte competat. † Moventur ſecundò, quia fidelitas eſt jus indiviſibile, ideò omnibus heredibus in ſolidum debetur juxta doctrinam *L. ſtipulationum. 2 §.*
4 *ex his ff. de verb. oblig.* † Tertiò adducunt text. *in cap. 1. §. nam & illud. de eo qui ſib. vel hered. ſuis. 2. F. 17.* Hanc opinionem eſſe communem, à qua recedere difficile ſit, ait Udalr. Zaſ. in *E-*
5 *pit. Feud. part. 7. num. 12.* † Poſſent tamen heredes domini defuncti unum eligere, & conſtituere, à quo inveſtitura peti, & cui omnium nomine fidelitatis juramentũ præſtari debeat. Borc. *d. cap. 7. num. 35. arg. L. quod ſi nolit 31. §. ſi plures*
6 *5. ff. de ædil. edict.* † Contra alii exiſtimant, quod Vaſallus uni tantùm heredum nomine jurare teneatur. Ita *gl. in cap. 1. §. omnes filij. ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn. Vaſall. 2. F. 26.* quam ibi ſequitur Jacob. de Belviſ. Baro à Tautenb. *num. 8*, & Bald. *in cap. Imperialem. §. præterea*

*Duca-*

*Ducatus, de prohib, feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Jacobin. de S. Georg. *in u. qui quidem inveſtiti. num. 28.* Zaſ. *d. part. 7. n. 11.* & alii quos allegat Piſtor. in *d. qu. 47. num. 22.* † Pro hac opinione 7
adducitur, quod pro eodem feudo Vaſallus plures Dominos habere non cogitur *c. 1. §. prætereà Ducatus. 2. F. 55.* † Et comprobatur iſta opinio 8
quoquè per regulam, qua docetur, ex perſonis heredum conditionẽ obligationis non immutari nequè duriorem alicujus conditionem effici. *d. l. ſtipulationum 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. l. prætoriæ. 2. §. incertum. 2. π. de prætor. ſtipul. l. cui fundus. 56. in fin. ff. de condit. & demon.* † Quam 9
ſententiam ut magis cõmunem, & ideò in practica ſequendam Jacobin. *d. num. 28.* Clar. *qu. 49. num. 11.* in Germania noſtra obſervari notavit Zaſ. *in d. part. 7. num. 11. inf.* cum qua congrùit etiam jus Saxonicum feudale, ut atteſtatur Hartm. Piſt. *in d. qu. 47. num 23.* † Haſce opi- 10
niones diſſidentes alij ita conciliant: ut dicant, Vaſallum quidem non teneri ſingùlis Dominis ſeparatim fidelitatem facere, & ſic pluries jurare, ſed tantùm uni eorũ, communi tamen omnium nomine & vice fidelitatem recipienti Nam hac ratione & priori opinioni ſatisfit, quę omnibus jurandũ eſſe ſtatuit, cum juramentũ uni omniũ nomine præſtitum eundẽ effectũ habeat, ac ſi omnib. juratũ eſſet. Sed penes quẽ erit Electio? † Et electionẽ eſſe Vaſalli, cui ex heredibus 11
domini

domini fidelitatem juret, vult *gl. in c. 1 ſ. præterea Ducatus. de prohib. feud alien. per Frider. 2. F. 55.* Aretin. *in d. l. ſtipulationum. 2. ſ. ex his.* Jacobin. *in d verb. qui quidem inveſtiti. num.* 28. *arg. L. plerumque. 10. ſ. fin. ff. de jur. dot.* Et hanc ſententiam tanquam communem in practica ſervari

12 ſcribit Jacobin in d. loco. † Sunt alii qui hanc electionem concedunt non Vaſallo, ſed heredibus Domini, qui inter ſe unum eligere debent, cui omnium nomine Vaſallus juramentum fidelitatis præſtet. Zaſ. *d. part. 7. num. 11.* Borch. *d. c. 7. mod. 1. num. 35.* Sonsb. *d. part. 11. n. 19.* Baro à Tautenb. *in d. ſ. omnes filij. num. 10. arg. l. ſtipulatio 21. ſ. quæſitum. ibi, ſi inter eos conveniet. ff.*

13 *de nov. oper. nunciat.* † Sed utramquè hanc ſententiam concordat Clar. *in d. qu. 49. num. 11.* & poſt ipſum Piſtor. *in d. qu. 47. n. 26. & ſeq.* quod nimirum heredes domini à Vaſallo prius ſint requirendi, ut ipſi unum ex ſe conſtituant, cui omnium nomine fidelitas promittatur, de quo ſi inter heredes Domini non conveniat, tunc demum Vaſallus eligendi poteſtatem habeat. Id quod etiã concordat cum jure Saxonico. Piſtor.

14 *d. qu. 47. n. 26. & 28.* † Sed quando ſunt plures heredes ejuſdem domini, qualiter eis præſtabit Vaſallus ſervitia? Hac in quæſtione alii diſtin-

15 guunt, hoc modo: † Aut ſervitium eſt dividuum & conſiſtit in dando, & tunc præſtabit illud omnibus heredibus pro proportionibus eorum: Aut

Aut ſervitium eſt individuum, ut quia Vaſallus tenetur ire ad prælium, & hoc caſu poterit eligere unum ex pluribus heredibus Domini per *L. ſi quis in gravi 3. ſ. ſi cum omnes. 4. ff. ad SC. Syllan.* Jacobin. de S. Georg. *in d. verb. qui quidem inveſtiti. num. 30.* qui ait ita Alvarotum quoque tenere. Dicit tamen Baldus *in l. 1. ff. de rer. diviſ.* quod benè faciat vaſallus, ſi gratificetur antiquiori vel digniori, per ea quæ habentur *in l. fin. ff. de fid. inſtrum. & in c. 1. de mag.* & *obed.* † Nonnulli tradunt, quorum ſententia verior eſt, quod ipſi Domini inter ſe comparare, & unum eligere debent, cui ſoli Vaſallus operas fidelitatis præſtet. Et ſi de eo convenire non poterunt, nulli eorum interim ſervire tenetur. per *c. 1. ſ. prætereà. de prohibit. feud. alien. per Frider.* ubi dicitur, Vaſallum pro uno feudo non compelli plures dominos habere. & arg. *L. ne plures 2. ff. de exercit. act. l. ſi cujus 13. ſ. æquiſſimum. & L. quotiens. 34. ff. de uſufr.* Weſemb. *de feud cap. 8. n. 26.* Baro à Tautenb. *in d. ſ. omnes filij. num. 8.* Zaſ. *d. part. 7. num. 12.* Sonsb. *d. part. 11. n. 19.* Vide Jacobin. de S. G. *in u. & promiſerunt. n. 11. fol. 444.* 16

## CAP. LVIII.

## NUM VASALLUS DOMINUM IN omni bello adjuvare teneatur.

### Summaria.

1 *Vaſallus adjuvabit Dominum ex cauſa juſta*

*vel dubia bellum ſuſcipientem. & n.2.*

3 *Vaſallus an in injuſto bello, & quatenus dominum adjuvare poſſit.*

4 *Vaſallum indiſtinctè Dominum in injuſto bello adjuvare non teneri, aliqui dicunt.*

5 *Verba legum, quamvis dura, tamen obſervanda ſunt.*

6 *Vaſallus non tenetur juvare dominũ bannitũ.*

7 *Vaſallus bannitus ſervitiis nihilominus obligatur.*

NUmquid Vaſallus Dominum in omni bello adjuvare teneatur, dubitatur? Et extant *in c. 1. à prin. hîc fin. lex dein. incip. conſu. 2. F. 28.* tres caſus in quib. Vaſallus Dominũ in bello adjuvare debeat. † Primus eſt, Quando Dominus
1 juſtam fovet cauſam, tunc Vaſallus ipſi abſq; omni dubio ſuppetias ferre debet auxiliares. Tex. in *d. c. 1. à pr. ibi.* ſi ſciatur, quòd juſtè concordat. tex. *in c. 1. v. etſi* ſcivero te velle juſtè aliquẽ offen-
2 dere. *de nov. form. fid. 2. F. 7.* † Secundus caſus eſt, quando dubitatur, utrum bellum juſtum, an injuſtum ſit, & Vaſallus Domino itidem auxiliari debet. *d. c. 1. à prin. ibi.* aut cum dubitatũ. *hîc. fin. Lex.* Tunc autem de eo dubitari poteſt, quando Dominus in conſiliũ adhibuit ſuos conſiliarios, qui illi bellũ ſuaſerunt. Nam illud dicitur benè deliberatum, quod fuit deliberatum à conſilio Seniorum. *L. conſenſu. 8 C. de repud. cap. ultim. diſt. 20.* ubi dicitur. in f. Seniores Provinciæ congre-

congregate, & eos interrogate: Facilius namquè invenitur, quod à pluribus ſenioribus quæritur, & text. *in c. eſtote. in fine 1. q. 1.* Graves, inquit, expertosq́; viros coſilij veſtri adhibete participes, & cum eis communi deliberatione penſate. Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſt. verb. promiſerunt. n. 6.* pulchrè Baro à Tautenb. *à pr. hîc fin. lex. n. 3.* Tertius caſus eſt, quando cauſa Domini eſt injuſta. Quo tamen caſu Vaſallus Dominum adjuvabit ad ejus defenſionẽ: ad offendendum verò alium non adjuvet, ſi vult. *d. cap. 1. à princ. ibi,* ſed cum palam eſt 2. *F. 28.* Petr. de Ferrar. *form. lib. quo ag. ad revocat. feud. verb. contra num. 6.* Jacobin. de S. Georg. *in d. verb. & promiſerunt. num. 8.* Wurmbſ. *tit. 51. de feud. obſ. 30. num. 1.* Hart. Hartm. *tit. 54. de feud. obſer. 32. num. 4.* Borch. *de feud. c. 7. mod. 1. n. 45.* Zaſ. *part. 7. n. 79.* † Hunc ultimum caſum nonnulli improbant, per rationem, quia non dicitur opẽ ferre, qui ad peccandum nos juvat *c. ſi res aliena 14. q. 6. cap. qu. conſentit. 11. q. ult.* ubi dicitur, eum qui delinquentem defendit, maledictum fore apud Deum & homines. Et quia juſtum aggreſſorem non eſt licitum propulſare. *L. ſi ſervus 4. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* & confœderatio vel ſocietas ad facinora vel rei flagitioſæ vim nullam habet. *L. ſi à reo. 79. in fin. ff. de fidejuſſoribus.* Andr. de Iſern. *in cap. 1. à princ. hîc fin. lex & incip. conſuet.* & ibi Baro à Tautenb.

(margin: 3 beside "Tertius caſus eſt"; 4 beside "Hunc ultimum caſum")

qui illum textũ anguſtiſſimis terminis circumſcribit. Marant.in *Spec.diſp.1.num.32.*
5 † Verùm quamvis verba text. *in d.pr.hîc fin. lex.* dura videantur, tamen obſervāda ſunt. *L. proſpex. 12.ff. qui & à quib.man.lib.* præſertim cum ibi verba non imperent, Vaſallum Dominum in injuſta guerra adjuvare debere, ſed relinquunt arbitrio Vaſalli, qui Dominum ad ejus defenſionem adjuvabit, ſi vult. Et verba illa, ſi vult, referenda eſſe ad illa verba præcedentia: Adjuvet eum ad ejus defenſionem: dicit Alvar. *d.cap. 1.à princ. hîc fin. Lex.* quem ibi ſequitur Baro à Tautenb. Imò defenſio etiam injuſta non eſt propriè maleficium *L.1.ff.de bon. eor. qui ſib. mort.conſc.* cum nec locus, nec tempus iſtud patiatur *L.1. ff. de exercit.act.* Et quia Vaſalli dicuntur milites & ſtipendiarii Dominorum *c. Imperialem. §.firmiter de prohib.feud.alien.per Frider. 2 F.55.* Unde juſtum eſt, & æquum Dominos protegi & defendi à ſuis Vaſallis, quantumcumque ex parte Dominorum defenſio ſit injuſta. Schneid. *de feud.part.5.num.100.* conf Jacobin. de S. G. *in*
6 *d l.fol.mihi.439.* † Illud etiam ſciendum. quando Dominus eſſet excommunicatus vel bannitus, quod tunc Vaſallus ipſum juvare interim non teneatur, ſed cenſeatur abſolutus à debito fidelitatis *cap.1.à princ. & ibi* Baro à Tautenb. *num. 21.2.F.28.gl.in c.1. verb. juſtè de nov.form. fidel.2.F.7.* & ibi præpoſ. H.Hartm. *tit. 54.de feud.*

*feud. obſ. 32. num. 2.* Sonsb. *de feud. part. 11. n. 27.* Zaſ. *d. part. 7. n. 40.* Idem dicendum eſt, quando dominus eſt hæreticus ſecundum Alvarot. quem refert. Schneid. *d. part. 5. num. 102.* † Si tamen Vaſallus excommunicatus vel proſcriptus eſſet, Dominus ſervitia nihilominus ab eo exigere poſſet. *arg. c. cum inter. de except. & c. intelleximus. de judic.* Zaſ. *d. part. 7. num. 41.* Sonsb. *d. part. 11. num. 28.* 7

## CAP. LIX.

## SPURII DE FEUDO NOVO NUM inveſtiri poſſint?

### Summaria.

1 *Infames feudi dignitatum ſunt incapaces.*
2 *Deportati & banniti feuda non accipiunt.*
3 *Spurios feudum accipere poſſe, quidam concludunt. Reſpondent argumentis contrariis, num. 6. 7.*
*Contraria opinio, num. 8.*
*Defenditur, num. 11.*
4 *Delictum patris filio nocere non debet.*
5 *Infamia ex actionibus naſcitur.*
9 *Infamia facti quid & unde dicatur.*
10 *Spurii non poſſunt eſſe Conſiliarii Principum, vel Aſſeſſores Cameræ.*
*Non aſſumunt titulum Doctoris. ibid.*
*nec admittuntur ad beneficium Eccleſiaſticum, ibid.*

12 *Explicatur L. ſpurii 6. ff. de decurion.*

1 INnfantes feudor. dignitatū eſſe incapaces, non autem aliorum, cõmuni Feudiſtarũ calculo receptũ eſt, *arg. L. neq; 2. C. de dignit. lib. 12. c. infamib. 87. de reg. jur. in 6.* Heinr. à Roſenth.
2 *tract. feud. cap. 3. concl. 9. ubi & alios citat.* † Quibus annumerantur etiam deportati, qui juris civilis beneficiis indigni ſunt, *L. ſunt quidam. 17. §. item quidam. ff de pœn. l. deportatus 15. ff. de interd. & releg.* Idem juris eſt in bannitis, quia bannum hodie in deportationis locũ ſucceſſit. Cagnol. *in l. ea ſola. 90. n. 11. & ibi* Philip. Matthæ. *nu. 18. ff. de reg. jur.* Gail. *lib. 2. obſ. 86. num. 10. & lib. 2. de pac. publ. cap. 1. num. 24.* Weſemb. *π. ff. de interd. & releg. in f.* Verùm multi hîc ſollicitè tractant, numquid ſpurii de feudo novo inveſtiri poſſint?
3 † Et non deſunt, qui contendunt eos neque infames, neq; ab acceptione feudi novi repellẽdos eſſe. Moventùr per text. *in l. ſpurii 6. ff. decurion.* ubi ſpuriis permittitur Decurionatum petere, quod nulla ratione fieri poſſet ſi infames eſſent. *d. l. neque.* Et ut maximè de facto ſpurius infamis eſſet, nihil tamen obſtaret, quo minus ad dignitatum feuda admitteretur. Non enim ait Papinianus, impedienda eſt dignitas ejus qui nihil admiſit, in *d. l. ſpurii.* Filius namq; ſpurius non ſuo, ſed alieno malo laborat. *L. legem 7. C.*
4 *de natural. liber.* † Notum quoq; eſt quod crimen paternũ nullam maculam infligere debeat

filio

filio *l. crimen. 26. ff. de pœn.* parentis autem culpa eſt, ex adulterio ſeu fornicatione naſci. *can. naſci. diſt. 56.* Ubi ergò nulla culpa eſt, ibi nulla pœna, nulla infamia eſſe debet, *l. aliud. 131. ff. de verb. ſig. l. ſanci. 22. C. de pœn.* † Prætereà ſcimus, 5
quod laus & gloria ac contra turpitudo & infamia ex propriis honeſtis vel inhoneſtis actionib. proficiſcatur. *L. cognitionũ. 5. §. 1. π. de extraord. cog. l. ictus 22. ff. de his qui not. infam.* Thoming. *deciſ. 48. num. 30.* Palæoth. *tract. de noth. & ſpur. cap. 55.* † Ad id, quod huic opinioni commu- 6
niter objici ſolet, infamibus portas dignitatum non patére. *d. l. neque. d. cap. infamibus* reſpondent, illud verũ eſſe de iis, qui jure notantur infamia. Nam infamia facti jure civili pro infamia non habetur, cujus rei manifeſtum extat argumentum *in l. eos 12 ff. de decurionibus verſ. nec enim infames. junct. verſ. inhoneſtum tamen.* † Ad illud quod Pontifex expreſsè ſcribit, 7
ſpurios infamia notatos eſſe, *in c. conjunctiones 35. q. 2. c. cum multæ 15. q. 8.* reſpondent, quod illa teſtimonia, ut & alia, intelligenda ſint de iis qui paternum odium imitantur, uti explicãt ceteri canones *c. niſi. §. perſonæ de renunciation.* † Alii 8
exiſtimant, ſpurios pro infamibus vel turpibus perſonis haberi, ita ut feudorũ annexam dignitatem habentium capaces non ſint. Azo *in ſum. C. tit. ex quib. cauſ. infam. irrog. nu. 3.* quem ſequitur Hart. Piſtor. *qu. civil. 30.* Teſſaur. *deciſ.*

*Pedem.126.* niſi mos regionis & populi iſtius aliud ferat. Gœdd. ad *l.probr.42.n.fin.ff.de verb. ſignif.arg. L.diffamari. C. de ingen. & manumis.*
9 † Rationem adferunt iſtam, quod infamia facti appellatur quæ gravat opinionem apud bonos & graves viros. Unde is qui apud ejuſmodi viros malè audit, infamis dicitur, licet ei jure & legibus nulla irrogetur infamia. *l. ob hæc 20.ff. de his qui not. infam. l. ea quæ 13. l. verbum. 17. C. eod.* Franciſ. Duar. *lib.1. diſcept.cap.42.* Et contingit illa infamia facti multipliciter, uti notat Dynus in *cap. infamibus.n.2. de reg.jur.in 6.* Sichard. *ad rubr. C. ex quib.cauſ.infam.irrog.num.4.* potiſſimum verò in dijudicanda infamia facti reſpiciendum eſt ad experientiam: atqui iam nemo inficias ire poteſt, famam illegitimè natorũ apud honeſtos & graves viros non eſſe integram, ac licet hoc præter ipſorum culpam contingat, attamẽ propter defectum natalium indigni tanto beneficio judicantur, & nullum honeſtum locũ
10 obtinere poſſunt † Ideoq; non poſſunt eſſe Conſiliarii Principum Bald. *in l. cum legitimè ff. de ſtat. homin.* Carol. Tap. *in l.fin. part. 2. c.3. n. 46. de conſt. Prin.* nec Doctoris titulo inſigniri Tap. *d.n.46.* ubi ait, ita ſervari in ſupremo Neapolitano Collegio, à Doctorando enim juramentũ ſitnè ex legitimis natus nuptiis, præſtatur Vice-Cancellario. licet contrarium ſcribat Palæoth. *d. tract. c.56.n.8.* nec ad dignitatem Aſſenſoris in Came-

in Camera Imperiali admittuntur. Ordin. Cam. *part. 1. tit. 3. §. deßgleichen.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 31* Ex quo apparet, hanc ſententiam in Camera obtinuiſſe. Nec ad miniſterium ac beneficium Eccleſiaſticum admitti debent *c. conſuluit. de ſerv. non ordin. c. accedens. de purgat. Canon.* Duar. *lib. 4. cap. 5. de ſacr. Eccleſ. miniſt.* † Poſteriori huic 11
opinioni ut communi ſubſcribo, quoniam ſpurii, quod ex matrimonio non legitimo, ſed ex thoro illegitimo concepti ſint, magno defectu laborant. Leges enim procreandorum liberorũ cauſa matrimoniũ inſtituerunt, quod honeſtiſſimum eſt, ne alienæ & ſordidæ ſtirpes ingenuis & ſplendidis Natalibus ſubrogarentur *L. ſuper ſtatu 9. C. de quæſtion.* & ut ordinũ, familiarumque dignitas conſervaretur *l. 1. §. ſed & ſi ſervus 13. ff. de vent. inſpic.* Unde Bonifacius Martyr relatus in *can. ſi gens Anglorum. diſt. 56.* ait prolem ex connubio non legali natam nec honorabilẽ hominibus, nec DEO amabilem eſſe. Hinc ex conjugio illegitimo nati dicuntur infames. *cap. conjunctiones 35. q. 2.* & nullius rei paternæ capaces ſunt *l. fin. C. de natur. liber. d. c. coniunctiones c. cum multæ 15. q. 8.* Fernand. Vasq. *illuſtr. controv. c. 102. n. 9.* Attamen ſi princeps ſpuriũ faciat Comitem, Papa Epiſcopum, infamiam ſpurietatis vel alterius notæ hac collatione honoris eſſe remiſſam tenet Sichard. *in L. Imperialis 23. num. 3. de nup.* † Nec quicquam obeſt. *d. l. ſpurij.* 12

ſiquidem illa intelligenda eſt in caſu neceſſitatis, quo interdum ſpurii & ignominia notati ab honoribus non rejiciuntur per *L. generaliter 3. §. ſpurius 2. & l. eos. 12. ff. de decurion.* Andr. Alciat. *in lib. 1. inf. de Verb. ſignif.*

## CAP. LX.

## AN FEUDUM IN DOTEM DARI poſſit.

Summaria.

1 *Affirmativa opinio.*
*Ejus fundamenta. num. 2. 3.*
4 *Negativa opinio probatur.*
*Hujus Argumenta. num. 5. 6.*
7 *Diluuntur argumenta contraria, & num. 8. 9.*
9 *Fœmina pro ſe, rem ſuam feudalem in dotem dare poteſt.*
*Quia dominium apud fœminam remanet num. 10.*
11 *De fructibus feudi pater filiæ dotem conſtituere poteſt.*
12 *Conſuetudo, ut feudũ in dotẽ dari poſſit, valet.*

VAriè diſputant Interpretes, nũ feudum in
1 dotẽ dari poſſit à Vaſallo? † Jacob. de Ardiz. *in ſum. jur. Feud. tit. quib. mod. feud. amit. ſub rubr. in dotem pro filia*, & alii ſtatuunt, Vaſallum pro filia ſua maritanda poſſe dare feudum in
2 dotem ſine conſenſu Domini. † Hanc opinionem

nem probant primùm ex eo, quod per dotis dationem dominium non transferatur *l. in rebus. 30. ibi.* & naturaliter in ejus permanſerit dominio. *C. de jur. dot.* † 2. Dicunt, quod ſi Vaſallus ſi- 3
ne licentia domini det feudum in dotem pro filia, talis datio nõ durabit, niſi pro vita ipſius Vaſalli, per *c. nuper. de donat. int. vir. & uxor.* cũ nullus plus juris in aliquem transferre poſſit, quàm eum conſtet habere. *l. nemo plus juris. 54. ff. de reg. jur. l. traditio 20. ff. de acquir. rer. dom. l. aliud eſt. 160. §. abſurdum eſt. 2. ff. de reg. jur. c. nemo 79. π. de reg. jur. in 6.* Reſoluto ergo jure datoris, reſolvitur jus accipientis *L. lex. vectigali fundo. 31. ff. de pignor. cap. 1. §. quid ergo. de inveſt. de re alien. fact.* † Adducunt tertiò pro hac opinione tex- 3
tum in *cap. 1. de inveſtit quam Tit. accep. à Sempron. 2. F. 13. & in cap. 1. de eo qui ſib. vel hered. 2. Feud. 17.* quibus in locis habetur, filiam à Domino inveſtitam, marito rem ſuam feudalem pro dote dari poſſe. Eadem autem ratio videtur in patre, quæ in filia, cum feudum pro dote detur duntaxat pro tempore vitæ, & Vaſallo mortuo ad alios feudũ pertineat, & ita accipiendus eſt text. in *§. donare. qual. olim pot. feud. alien. 2. Feud. 9* † Sed rectior communis Dd. ſenten- 4
tia eſt, quæ decidit Vaſallum feudum filiæ in dotem dare non poſſe. Textus eſt in *d. §. donare. ibi,* nec in dotem pro filia dare. *arg. L. ait Prætor 10. §. ſi cum mulier 14. ff. quæ in fraud. credit.* ubi

dicitur

dicitur dotem in fraudem creditorum non eſſe
5 conſtituendam. † Ratio, quia in dotem dare pro venditione cenſetur *l. ſicut. 8. §. ſed ſi permiſerit. 13. v. quod ſi in dotem dederit ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolv. l. ex promiſsione 19. ff. de oblig. & Act.* Dos namq; apud patrē non manet, ſed omnis in maritum ſive generum transfertur. princ. *Inſt. quib. alien. lic. l. doce ancillam. 9. C. de rei vendic.* Weſemb. *in π. ff. de jur. dot. num. 7.* Jam verò conſtat, feudum nullo pacto per Vaſallos alienari poſſe, nec in totum, nec in partes, quocumque titulo, & qui contra faciunt, feuda amittere *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Frideric.* Jacobin de S. Georg *in ſua inveſt. verb. ita etiam quod ipſi Vaſalli, num. 17.* Joan. Blanc. *in Epit jur. Feud. lib. 2. cap. 1. num. 95.* Sonsb. *part. 12. num.*
6 *79. de feud.* Fachin. *lib. 7. controv. cap. 77.* † Deinde, ſi Vaſallo non eſt permiſſum alienare feudum propter propriam neceſſitatem etiam famis, Clar. *§. feudum. quæſt. 31. num. 11.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. & cum pacto de non alienando. num. 14.* Multò minus debet ei licere illud in alium transferre pro filia ſua dotanda. Clar. *qu. 36.* Hæc opinio tanquam verior obtinuit in Camera Imperiali, ut atteſtatur Myn-
7 ſing. *cent. 4. obſerv. 86.* † Nec adverſatur argumentū contrarium primum, Quia licet naturaliter dominium dotis non tranſeat in maritum *d. l. in rebus,* tamen jure civili revera dominium

nium in maritum tranſit, *d. l. doce ancillam.* Et quamvis non tranſiret, tamen in confeſſo eſt ab eo qui dotem dat, dominium eius ſaltem in mulierem, cujus nomine traditur, tranſire. *d. l. in rebus. l ſoluto 2 §. 1. ff. ſolut. matrimon.* † Minus 8
obſtat alterum argumentum, Quia reſpondetur dotem dari, ut ſublevetur maritos in oneribus matrimonii perferendis, & ut apud illũ maneat matrimonij cauſa, donec illud ſolvatur. *tit. ff. ſolut matrim. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. l. ſi quis pro uxore 21. §. ſi uxori 1. ff. de don. int. vir. & uxor.* Atqui ſi pater moreretur ante obitum filiæ vel generi ſui, feudum illicò ad dominũ reverteretur, vel ad agnatos, Filia & gener excluſi eſſent, & dote carerent, quod eſſe non debet. † Ad ter- 9
tium argumentũ reſpondetur, aliud juris eſſe in feudo fœmineo. Nam fœmina rectè pro ſe rem ſuam feudalem in dotem dare poteſt, modò duo concurrant. 1. ut det feudum in dotem inæſtimatam. 2. ut non apponat pactum de dote lucranda. Text. *in d. c. 1. de inveſt. quam Tit. accep. à Sempron. 2. F. 13. d. c. 1. de eo qui ſib. vel hered. 2. F. 17.* Ita Dd. communiter ſentire atteſtatur Clar. *qu. 36. verſ. ſecundo modo.* Obrecht. *de feud. cap. 3. num. 134.* † Ratio eſt, quia hæc da- 10
tio in dotem ſincera, & ſine fraude facta eſt, non enim hoc caſu mulier ſuum utile dominium abdicat à ſe. *l. in rebus 30. C. de jur. dot. l. deniquè 3. §. quid ergo. 5. ff. de minoribus.* Wurmbſ. *tit. 51.*

*obſerv.*

*obſerv.19.num.2.* Quinimò & domino expedit, ſiquidem per virum illi commodius & re & conſilio juvabitur. Dominus quoq; ex hoc non patitur præjudiciũ, quia mortua conjuge nihil amplius eo in feudo maritus ſibi vendicabit per *d. tit. C. de inveſt. quam Tit. accep.* Jacobin. *in verb. ita etiam quod ipſi Vaſalli. num.18.* Baro à Tautenb. in *d. tit. de inveſtit. quam Tit. accep. à Sempr. num.4.* Mynſing. *d. obſ.86. num. 4.* Tutiùs tamen eſſe, ut hoc caſu etiam Domini conſenſus impetretur, monet Weſemb. *de feud. cap. 11. n.4.* Gemmel. *in compend. Feud. part. 8.* Clar.
11 *d. quæſt. 36.* † De fructibus tamen feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem conſtituere, & ſic pro ſua perſona ſeſe ad hujuſmodi fructus præſtandos obligare. Nequè enim hæc eſt alienatio feudi, quia nullum jus reale in generũ transfertur, ſed perſonale jus, quod ſocer habet, fructus percipiendi ex feudo donec vixerit, cujus morte jus percipiendi fructus expirat, quia nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet text. *in l. nemo plus juris 54. ff. de reg. jur. c. nemo. poteſt. 79. de reg. jur. in 6. L. ſi uſusfructus 66. ff. de jur dot. in fin. ibi: ut ipſum jus remaneat penes maritum, perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat.* Duar. *de feud. cap.12. num.9.* Blanc. *d. loco.* Ita communis eſt doctrina Doctorum juxta Gail. *lib. 2. de pac. publ. c.17. n.18.* & ita ſalvari poſſe Nobiliũ noſtræ ætatis uſurpationes,

qui

qui cum feuda pro filiabus in dotem dare conſueverunt, fructus ſaltem pro dote obligati intelligantur, ſcribit Zaſ. *de feud. part. 9. n. 8.* Quò pertinet, quod fructus feudi, poſtquam à ſolo ſeparati ſint, non dicantur feudales, ſed proprii patrimonii & allodiales. *cap. 1. an agn. vel fil. 2. F. 45.* † Conſuetudinem præterea, ut feudum in 12
dotem dari poſſit, valere, ait Gail. *lib. 1. obſ. 36. num. 11.* ex Guid. Pap. *deciſ. 287. num. 2.*

## CAP. LXI.

## NUM FILIABUS EX FEUDO LEgitima debeatur.

Summaria.

1 *Legitima quid.*
2 *Legitima non debetur filiæ ex feudo.*
 *Ampliatur num. 4.*
3 *Feudum ex pacto filiis tanquam filiis debetur.*
5 *An ex feudo emto filiabus legitima debeatur.*
6 *Affirmantium opinio.*
 *Illorum argumenta, num. 7. 8. 9.*
 *Obſervatur hæc opinio in Saxonia, n. 10.*
11 *Negativa opinio.*
 *Ejus fundamenta. num. 12. 13. 14. 15.*
16 *Per diſtinctionem reſpondetur.*

AFfinis quæſtio eſt, an legitima filiabus ex feudo debeatur? † Et cū legitima dicatur 1
portio ejus, in quoquis ſucceſſur⁹ eſt ab inteſtato

*L. Papi-*

*L. Papinianus.8. § quoniam autem quarta.8. ff. de inoffic.teſtam.l. parentibus.*8 *auth.noviſſima C. eod.*Weſemb. *in π. C. de inoffic. teſtam.num.15.*& ideò neceſſe ſit, ut is qui legitimam petere velit, ab inteſtato ſuccedat. Fœminæ autem regulariter à ſucceſſione Feudali removeantur. *c.1.§ hoc autem, de his qui feud.dar.poſſ. c.1. à pr.*
2 *de ſucceſſ.feud.cum ſimilib.* conſequens eſt † Filiabus ex feudo ex pacto & providentia non deberi legitimam, Iacob. Thomin. *deciſ. Lipſ. 2. num.17.* Hartm. Piſtor. *qu.feud.38.num.15.* Vult. *lib.1.Feud.cap.9.num.* 58. Etenim indubitati juris eſt, eum, qui ab inteſtato non ſuccedit, legitimam nullo modo petere poſſe. Text. in *l. Poſthumus 6.§ ſi quis ex his 1.ff.de inoffic. Teſtam.l.cum*
3 *quæritur 6.& d.l.parentibus.*8. † Stabilitur iſta doctrina & ex eo, quod feudum ex pacto & providentia filiis non tanquam heredibus, ſed tanquam filiis pacto & providentia primi concedentis debetur. *per c.1. à princ.de alien.feud.1.*
4 *F.13.*Gail.2.*obſ.154.num.2.* † Adeò autem hæc concluſio vera eſt, ut filiæ non ſolum de ipſo feudi corpore & ſubſtantia legitimã petere non poſſint, ſed nec etiã feuda in computatione legitimæ ſint conferenda, reliquiſvè bonis annumeranda, quin potius ea tanquam æs alienũ filiis debitũ ante omnia de bonis defuncti ſunt deducenda & conſequenter nulla in legitimæ æſtimatione, habita conſideratione Feudorum, neque

què etiam de æſtimatione eorum legitima præſtanda eſt. Quod obtinet non ſolùm in feudo antiquo ex pacto & providentia, ſed & in feudo novo, quippe cum ab hujus etiam ſucceſſione filiæ penitus arçeantur atque utrobique eadem ſubſit ratio. Quam concluſionem in feudo ex pacto & providẽtia ita planam & perſpicuam eſſe dicit Piſtor. *d. qu. 38. 36. num. 20. in fin. F.* ut de ea ne dubitandú quidem ſit. † Ve- 5
rum, an ex feudo noviter à patre pecunia ſua cõparato filiæ legitimam petere poſſint, dubia juris quæſtio eſt? † Quidã filiabus ex feudo emto 6
legitimam adjudicant, non quidem ex ipſa ſubſtantia feudi, neque etiam ſecũdum veram ejus æſtimationem, ſed ſaltem habita ratione pecuniæ in emtionem feudi collocatæ, quam habituræ fuiſſent, ſi ea pecunia in feudi novi emtionem non fuiſſet collocata, *arg. c. 1. §. ſi duo fratres. de fratr. de nov. benef. inveſt. 2. F. 12.* Bald. & Salyc. *in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam.* Andr. de Iſern. *in c. 1. à princ. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Hartm. Piſtor. *qu. feud. 38. num. 63. & ſeqq.* ubi & ad contraria reſpondet. Jacob. Thoming. *deciſ. Lipſ. 2. num.* 18. Rationes illorum ſunt. † I. Quia cum pater emit feudum 7
filiis ſuis, ad quos vult illud poſt mortem ſuam pervenire, eſt perinde, ac ſi pecuniam, quam expoſuit in emtione feudi, donaret ipſis filiis. Donatio ergò ejuſmodi tãquam inofficioſa reſcin-

ditur uſque ad legitimam portionem filiarum.
*L. ſi totas. 5. ſi mater. 7. de inoffic. donat.* Ita etiam
dicendũ eſt, ex feudi æſtimatione legitimã por-
8 tionẽ eſſe deducendã pro filiabus. † II. Quo-
niam ſi aliter diceremus, licitum eſſet patribus,
omnẽ præſentẽ pecuniam, vel ſaltem potiſſimã
ejus partem in feudalia bona erogare, & hac ra-
tione filiis multa, cõtra antẽ filiabus perpauca,
aut penitꝰ nihil relinquere, ſicq; easdem debito
bonorũ ſubſidio, defraudare liceret. Id quod na
turæ & æquitati vehementiſſimè repugnat, ſe-
cundũ quam ad hereditaria cõmoda quod atti-
net, nulla inter maſculini & fœminini ſexꝰ per-
ſonas conſtituenda eſt differentia. *Nov. 118. c. 1.
auth. in ſucceſſ. C. de ſuis & legit. hered. l. maximũ
9 vitium. C. de liber. præter.* III. Eò magis eſt hæc
amplectenda opinio, quoniã inter liberos æqua-
litatẽ inducit, quã Legum autores inducere co-
nantur, ne inde injuriarũ occaſio naſcatur. *l. me-
minerint. C. und. vi. l. cũ pater. 77. §. dulciſſimis. ff.
de legat. 2. l. ſi major. C. com. divid. l. fin. C. cõ. utr.
Jud. Nov. 22. c. fin.* cum pręſertim legitima filia-
bus æquè ac filiis jure naturę debeatur. *l. cum ra-
tio. 7. ff. de bonis damnat.* & non niſi ob ingrati a-
nimi crimen vel alias ejusdem generis juſtas ex-
heredationis cauſas diminui vel auferri poſſit.
10 *d. l. ſi totas.* † Hanc ſententiã ab Electore Saxo-
niæ Auguſto per cõſtitutionem ſingularem, ad-
hibitâ tamen reſtrictione quadã eſſe confirma-
tam re-

tam refert Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſt. ca. 5. n. 1.* & juxta illam Ictos Lipſenſes ſemper tàm reſpondiſſe quã judicaſſe atteſtantur Thoming. *d. deciſ. 2.* † Alii negativam probant ſententia, quorũ 11
argumẽta ſunt. † 1. Quia fœminę nõ ſuccedũt in 12
feudo etiã pecunia acquiſito, neq; enim deſinit eſſe feudũ, quod emtum ſit. Si ergo in feudo èm tione filiæ nõ ſuccedãt, utiq; nec legitimã ex illo petere poſsũt, quoniã legitima tantũ illis perſonis datur, quę ab inteſtato ſuccedere poſſunt per jura ſupra adducta. † 2. Quia ſi ex feudo emto 13
legitima deberetur, iſtud eſſet, quod precium ſuccederet in locum feudi. ſed hoc fieri non poteſt, quia precium nunquam ſuccedit in locum rei præterqua in univerſalibus judiciis. *l. ſi & rẽ precium 22. ff. de petit. hered. l. ſi ut. proponis 8. C. de rei vendic.* Everh. *in Topic. legal. loc. à vi ſurrog. num. 20.* † 3. Quia pater illam pecuniam 14
non de communi erogavit, ſed de ſuo patrimonio, inquo liberi nondum habuerunt jus aliquod. Patri enim liberum fuiſſe illam pecuniæ ſummam pro libito erogare, ambigi nõ poteſt, cum in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter. *l. in re mandata. C. mand.* Iniquum verò eſſet ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem *l. non uſque adeò. 2. ff. ſi quis à paren. manum. fuer.* ſed juſtum eſt unicuique ſua committere *l. nemo externus 9. Cod. de judic.* Hinc eſt, quod ſanus poſſit omnia bona

ſua quibuslibet conferre, *c. de his. 4. de ſepultur.* & pater omnia bona ſua alicui committere & pecuniam in mare projicere, prout refert Bald. *in l. 1. C. de inoffic. Teſtam.* Et hæc facultas jure dominii ei competit, quod eſt jus de re corporali liberè diſponendi *l. ſi quis vi. 17. §. differen-*
15 *tia 1. ff. de acquir. poſſ.* † 4. Quia legitima liberis debetur de bonis allodialibus repertis in hereditate patris tempore mortis. *l. cum quæritur. 6. C. de inoffic. teſtam.* Sed eo tempore iſta pecunia non fuit amplius in hereditate patris, ſed collata in emtionem feudi: Ergò ejus ratione nō poteſt peti à filiabus legitima ex bonis feudalibus, l. *ea demum. 6. C. de collat. l. 1. §. ſi ab ipſo. 19. l. 2. §. id quoque. verſ. diverſum. ff. de collat. bonor.*
16 † Ego mediā viam ſecutus diſtinguendū puto an omnia bona patris cōſiſtant in feudo, vel ſaltem maxima, ita ut filiæ ex bonis allodialib⁹ cōgruam & ſufficientē dotē conſequi nō poſſint: quo caſu ipſa æquitas naturalis propter quā ſæpè receditur à regulis juris communis *l. ſi & me & Titium 32. in f. ff. ſi cert. petat. l. ſi quis mancipiis 17. §. fin. ff. de inſtit. act. l. in ſumma 2. §. item Varus. 5. ff. de aq. & aqu. plu. arcend.* expoſcit, ex feudo de novo emto filiam eſſe dotandam & alimentandam, *arg. tit. C. de inoffic. donat.* quoniam pecunia prima fuit cauſa acquirendi illud feudum. Ideoquè ratio habenda precii erit per *titul. 12. de fratribus de nov. benef. inveſtit. ibi,*

*pro*

*pro parte competenti reſtituendum. lib. 2. Feud.*

## CAP. LXII

## AN MORTE DOMINI FElonia extinguatur.

Summaria.

1 *Diſtinctio adhibetur.*
2 *Actio injuriarum morte injuriati finitur.*
3 *Eadem diſtinctio adhibenda, ſi vaſallus commiſit feloniam, propter quam ipſo jure ſit privatus feudo.*

ELegans ac fructuoſa eſt quæſtio! Si Dominus feudi deceſſerit ſuperſtite Vaſallo, qui Feloniam cõmiſit, nulla cõtra ipſum Vaſallum mota querela, num heres ipſius domini poſſet movere quæſtionẽ contra Vaſallum propter feloniam ab ipſo cõmiſſam? † In hac quæſtione 1
hoc modo diſtinguo: Aut Dominus ſcivit feloniam à Vaſallo cõmiſſam, & habuit tempus ac facultatẽ cõquerendi de Vaſallo, ſed noluit: hoc caſu heres Domini querelã contra Vaſallũ movere nõ poterit. Ratio, quia per ſcientis Domini nõ impediti mortem delictum jàm remiſſum cenſetur Vaſallo, per text. notab. *l. fin. ibi: ſi ipſe qui hoc paſſus eſt, tacuerit, ſilentium ejus maneat ſemper: & non à poſteritate ejus ſuſcitari concedatur: vel adverſus eum, qui ingratus eſſe dicitur, vel adverſus ejus ſucceſſores. C. de revocand. donat. & ibi* Bald. *fac text. in l. omnimodò 30. ibi:*

ſi teſtator nullam eorum quaſi ingratorũ fecerit mentionem: non licebit ejus heredibus ingratos eos nominare, & hujuſmodi quæſtionem introducere. *C. de inoffic. teſtam.* Accedit,
2 quod † hæc actio eſt injuriarum *cap. 1. qu. fuit princ. cauſ. benef. amit.* injuriarum autem actio extinguitur morte injurati *l. cum qui 10. §. injuriarum. 1. ff. ſi quis caut. jud. ſiſt. l. injuriarum. 28. ff. de injur. & ibi* Weſem. *num.* 12. Pet. de Ferrar, *in form. libel. quo agit de revoc. feud. verb. vitæ. nu. 2.* ubi & ita gloſſam *in c. 1. §. inſuper ſi filii 2. F. 55.* tenere determinat. Blanc. *lib.* 2. *Feud. c. 1 n. 114.* Gail, *lib. 2. obſervat. 157. num. fin.* Ita communiter Feudiſtas tenere refert Ferrar. Montan. *lib. Feud. 4. cap. 4.* Aut Dominus ignoravit feloniam, vel ſcivit, ſed ſubitò præventus morte, antequam querelam proponere contra Vaſallum de illa Felonia potuerit, hoc caſu benè poterit heres Domini de Felonia Vaſalli conqueri, *arg. l. mater decedens 19. ff. de inoffic. teſtam. l. Divus. 2. l excipiuntur 14. ff. ad. SC. Syllan.* Hanc diſtinctionem primò amplexus eſt Jacob. de Belviſo *in c. 1. §. 1. quib. mod. feud amit.* cujus doctrinam omnes Doctores ſequi dicit Jacob. de S. G. *verb. dictiq; Vaſalli promiſerunt. n. 52.* Wurmbſ. *tit. 51. obſ. 26.* Sonsbec. *de feud. part. 12. n. 31.* Zas.
3 *de feud part. 10 num. 76.* † Quid ſi culpa erat talis, pro qua Vaſallus eſſet ipſo jure privatus feudo? Idem dicendum eſt, adhuc enim ſi Dominus

minus ſciens querelam nõ fecerit, ſed tacuerit, non tranſmittit ad heredẽ jus revocandi feudũ Ita tenet Julius Clarus *§.feudum quæſt. 64.* ubi ait, ita omnes tenere. Quia cõcluſio Doctorum ſolummodo fundatur in cõjecturata mẽte Domini, qui ex quo querelam non movit videtur remiſiſſe culpam. quæ ratio pariter militat ſive ipſo jure ſive per ſententiã Vaſall⁹ privetur feudo. Et ideò ubicũq; appareret, de voluntate Domini in cõtrarium, puta quia revocaſſet injuriam ad animum, vel hujuſmodi, nondum eſſet, quod tranſmitteret jus privationis ad heredes.

## CAP. LXIII.

## AN MORTE VASALLI FElonia extinguatur.

Summaria.

1 *Dominus de felonia vivente Vaſallo conqueri debet, modò ſciverit feloniam eſſe commiſſam. num. 6.*

*Fallit, num. 7. 8. 9.*

2 *Delictum autoris heredi non nocebit.*

3 *Actio ad pœnam nõ tranſit cõtra heredes.*

4 *Vaſallus vivus ſi de felonia Domini nõ eſt conqueſtus, jus querendi morte ipſius expirat.*

5 *Diluitur objectio.*

10 *Pœna in heredem non tranſit, quando neceſſaria eſt ſententia declaratoria.*

QUid econtra dicendum, ſi Vaſallus propter commiſſam feloniam à Domino in ſua vita non fuerit inquietatus? Communis eſt opinio Dd. & generaliter traditur juxta Clar. §. *feudum. qu. 65.* & Gemmel. *in compend. jur. Feud.*
1 *part. 10.* † Si Vaſallus commiſerit feloniam privatione feudi dignã, & dominus non ſit conqueſtus ipſo vivente, Dominũ non poſſe poſtea heredi Vaſalli defuncti de dicta felonia movere quæſtionem, utcumq; feudum videatur reverti ad dominium per *l. fin. C. de revoc. donat. & ibi* Bald. qui ſubjicit, quod ubicumq; dicitur ipſo jure aliquid reverti ad Dominũ, intelligatur, ſi Dominus velit: ſic quoquè feudum non eſt filio auferendum ob feloniam patris, ſi patri viventi quæſtio mota non fuerit. fac. *l. his ſolis. ibi nec in heredem, nec heredi tribuitur, C. de revoc. donat. c. fin. de donationib.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtitura verbo, dictiq; Vaſalli ꝑmiſerũt. num. 52.* ubi ait, hanc opinionem eſſe ſecutos, Andr. de Iſern. Jacob. Alvar. & Martin. Laud. Sonsb. *de feud. part. 12. num. 31.* Mynſ. *cent. 3. obſ.*
2 *97. num. 2.* H. Piſtor. *qu. civil. 35. num. 2.* † Rationes adferuntur iſtæ 1. Quia delictum autoris heredi nocumento eſſe nõ debet, *l. ejus qui delatorem. 29. ff. de jur. fiſc. l. qui ad tempus. 2 §. nullũ. 7. ff. de decurion. l. milites prohibentur. ff. de*
3 *re milit.* † 2. Quia actio ad pœnã & vindictam nõ tranſit cõtra heredes, *l. ſi eũ. 10. §. qui injuriarum.*

*rum. 1. ff. ſi quis cautio. in judic. l. in eum. 24. ff. de in jus voc. l. 1. ff. de priv. delict. l. un. C. ne ex delict. def.* & ideò dicimus, quod heredi mulieris non objicitur culpa propter quam debuerat perdere dotem. *l. fin. C. de adulter. l. rei judicatæ. 15. §. 1. ff. ſol. matrimon.* Tertiò probatur hæc concluſio & hoc argumento. Nam Vaſallus & Dominus ad paria judicantur, *c. 1. §. Dominus quoq; de nov. form. fidelit. 2. Feud. 7.* Sichard. *in l. 1. n 6. C. de novation.* † Sed ſi Vaſallus ipſemet vivus 4
de felonia domini non eſt conqueſtus, jus querendi morte ipſius extinguitur, nec ad heredem tranſit. gl. & Dd. *in t. 1. in quib. cauſ. feud. amit.* Jacobin. *d. l. num. 53.* Obrecht. *de feud. cap. fin. num. 58.* Curt. *part. 4. num. 156* † Minus hiſce 5
refragatur textus. *in c. 1. ſi Vaſall. feud. priv. 2. F. 31.* ubi dicitur, filium ad feudum Vaſalli delinquentis nullatenus aſpirare, niſi id iterum à Domino licitè acquirat ſibi gratiam faciente. Nam adhoc ut filius privetur feudo propter delictum patris & Dominus contra eum exceptionem proponere poſſit, requiritur, quod dominus vivente patre delinquente incipiat querelam præparare contra patrem ob commiſſam feloniam
† Advertendum tamen eſt, quod ſuperior con- 6
cluſio procedat, ſi Dominus ſcivit & potuit agere in vita patris delinquentis Vaſalli & non fecit, quia tunc dominus contra heredem talem feloniam proponere non poteſt, ut illi noceat

per *l. fin. C. de revoc. donat. c. fin. ext. de donation.* Jacobin. *in verb. dictique Vaſalli. num. 52.* Fallit autem iſta concluſio quibuſdam in caſibus juxta Jacobin. *d. loco.* Zaſ. *part. 10. num. 74. & ſeqq.*
7 *de feud.* & Gommel. *d. part. 10.* I. Si Dominus feloniam vel culpam commiſſam per Vaſallum ignoraſſet, quia hoc caſu per mortem Vaſalli non intelligitur Dominus remiſiſſe illam, cum nemo jus quod ignorat remittere præſumatur.
8 *l. mater decedens. 19. ff. de inoffic. teſt.* † II. Si Dominus contra patrem adhuc viventem quærelam præparaſſet, ſed morte præventus hoc facere non potuit. Nam hoc caſu non intelligitur
9 voluiſſe omittere feloniam. III. Si ejus generis eſſet culpa, quæ Vaſallum feudo ipſo jure non per ſententiam privaret, quo caſu inſeparabiliter executionē ſecum traheret, etiam in heredem. Wurmbſ. *tit. de feud. 51. obſ. 36. num. 3.* Et ideò ſi eſſet culpa commiſſa in alienando feudum, quo caſu ipſe Vaſallus ipſo jure privatur feudo: vel eſſet talis felonia, in qua eſſet appoſitum pactum, quod ſi Vaſallus committeret feloniam, ipſo jure feudo privaretur: hoc caſu per mortem Vaſalli non extingueretur delictū Bald. *in cap. 1. §. inſuper de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55* quem ſequuntur multi, quos allegat H. Piſtor. *d. qu. 35. n. 4.* Regulariter enim in caſibus in quibus pœnam quis ipſo jure incurrit actio in heredē tranſit. Bart. *in l. 1. ff. de priv. delict.*

Quam

Quam limitationem veram eſſe vult Clarus *in* *ſ. feud. quæſt. 65.* ubi delictum eſſet adeò notoriū & inexcuſabile, quod nullo pacto negari aut defendi poſſet, ſed ſi egeret aliqua probatione, vel poſſet aliquo colore excuſari, dicit, quod feudū hoc caſu ab herede Vaſalli revocari non poſſet. In cujus opinionē conſcendere videtur 10
Piſtor. *d. qu. cui 35. n. 6. & ſeq.* cum regulare ſit, quod ubicumq; ſententia declaratoria requiritur, ante ſententiam, pœna non tranſeat in heredes. *l. ejus qui delatorē. 29. cum ibi not. per* Bart. *ff. de jur. fiſc.* conſequens igitur eſt, etiam in caſu, quo feudum ipſo jure amittitur, pœnam non tranſire in heredem, ſi cum defuncto nihil deſuper actum fuerit.

## CAP. LXIV.

### UTRUM IN FEUDIS ALTER ALteri ſive tertio ſtipulari poſſit

Summaria.

1 *De jure civili nemo alteri ſtipulari poteſt.*
2 *An de jure Feudorum alter alteri ſtipulari poſſit, Doctores mirè diſſentiunt.*
3 *Prima opinio.*
4 *Secunda opinio.*
5 *Tertia opinio, quæ probatur.*
6 *Reſpondetur contrariis argumentis. & n. 8. 9.*
7 *Stipulatio non aliter valet, niſi præcedat interrogatio & ſequatur reſponſio.*

Regula-

1 REgulare eſt in jure civili † quod nemo alteri ſive tertio ſtipulari poſſit. Textus eſt manifeſtus in *§ alteri. 18. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. inter ſtipulantem 83. à princ. & l. ſi ita ſtipulatus fuero. 126. §. Chryſoſtomus. ff. de verb. oblig.* Duar. *ad tit. eund. in tract. method. cap. 2. & ad l. 1. verb. duorum conſenſum. ff. de pact.* pulchrè Dn. Gœdd. *in ſuo tract. de contrah. vel commit. ſtipul. cap. 10.* Ratio eſt, quia ſtipulationes inventę ſunt ad hoc, ut unuſquisquè ſibi, quod intereſt acquirat *d. §. alteri. l. ſtipulatio iſta 38. § alteri 17. ff. de Verb. obligat.* Hinc Ictus in *l. quæcumquè 10. ff. de oblig. & Action.* ait: quæcumquè gerimus, cum ex noſtro contractu originem trahunt, niſi eſt noſtra perſona obligationis initium ſumant, inanem actum noſtrũ efficiunt. Azo *in ſum. C. de inutil.*
2 *ſtipulat. num. 10.* † Verùm an prædicta regula etiam in jure Feudorum obtineat, non uſquequa-
3 què expeditum eſt? † Primò ſunt, qui contendunt, regulariter non poſſe in feudis alterum alteri ſtipulari, excepto fratre, qui in conceſſione feudi ſibi facta per dominum poteſt paciſci fratri ſuo abſenti, per textum in *cap. 1. in f. de feud. March. c. 1. §. cum verò. verſ. ſin autem unus. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. de fratrib. de nov. benef. inveſt. 2. F. 12.* Nec hic opus eſt, quod apponantur verba inflexa hoc modo: Concedimus tibi Titio præſenti, ſtipulanti & recipienti tàm nomine tuo, quàm etiam nomine Sempronii fratris

eris tui abſentis: ſed ſufficit dicere: Concedimus tibi tale caſtrum, ita quod tu & frater tuus habeatis in feudum. Jacobin de S. Georg. *in ſua inveſtit. in verb Nobiles. num. 2. & ſequ.* ubi ita tenere Odofr. & Alvarot. ſcribit, Anton. Gabr. Roman. *lib. 3. com. opin. tit. de verb. oblig. concl. 1. num. 22.* ubi ſcribit hanc opinionem eſſe communem † Complures volunt, quod in materia feudali alter alteri ſtipulari poſſit. Quorum rationes à Curt. Jun. *de feud. part. 2. num. 57.* enumeratæ ſunt iſtæ! 1. Quia ſtatutum generaliter videtur in conſuetudinibus Feudorũ, quod pactum appoſitum in inveſtitura, etiamſi ſit cõtra communem naturam Feudorum, nihilominus ſervandum ſit. *cap. 1. §. pen. & ult. quid ſit inveſtit. c. 1. de feud. non hab. propr. nat.* Ergò idẽ poterit quoque ſtipulatione fieri, quæ pacto æquiparatur. 2. Quia frater poteſt in feudis acquirere fratri non ex regula vel natura contractus, ſed beneficio Domini per *c. 1. §. cum verò Corradus. verſ. ſin autem. de his qui feud. dar. poſſ.* 3 Ubicumque in materia feudali diſcrepat jus Canonicum à jure civili, obſervare debemus jus Canonicum, quo jure unus alteri ſtipulari poteſt, ut voluit gloſſa reputata ſingularis in *cap. quoties cordis 1. q. 7.* Ergò ex quo jus Canonicum diſcrepat à jure civili, debemus in materia Feudali ſervare jus Canonicum. 4 Quia videmus in feudo paterno ſeu antiquo agnatos tranſverſales

ſales admitti, & tamen admittuntur magis ex acquiſitione & permiſſione primi acquirentis, & dicuntur potius ſuccedere primo acquirenti & primo inveſtito, quàm ultimo & deſcendentibus decedẽti. Neceſſariò igitur infertur, quod in feudis unus alteri ſtipulari poſſit, quamvis nõ ſit frater.
5 † Alii indiſtinctè concludunt, quorum ſen entiam veriorẽ eſſe arbitror, in feudis generaliter procedere prædictum axioma *d. §. alteri,* quod eſt: alteri ſtipulari nemo poteſt, ita ut nec extraneus alteri, nec frater fratri in feudis ſtipulari valeat. Curt. *part. 2. n. 62. de feud.* Mynſ. *in §. alteri. n. 3. Inſt. de inutil. ſtip.* Gœdd. *de contr. ſtip. c. 10. concl. 1. n. 21.* cum illud nullibi ſpecialiter traditũ & ideò recurrendũ ſit ad juris civilis diſpoſitionẽ ubi aliud ſpecialiter circa feuda nõ reperitur diſpoſitũ. *c. 1. §. ſciend. de feud. cogn 2. F. 1.* Et licet regulariter quis poſſit ſtipulari ei, cujus juri ſubjectus eſt ratione dominii, obedientiæ, vel uſusfructus. *§ ſi quis alii 4. Inſt. de inutil. ſtip.* Tamen Vaſallus non poterit ſtipulari Domino. Schneid. *in d. § . ſi quis alij. n. 4.* Gœdd. *d. concl. 1. n. 3.* Gabriel. Roman. *d. concl. 1. n. 5.* Si ergò Vaſallus non poterit ſtipulari Domino, cujus juri ſubjectus eſt. Ergò multò minus poterit ſtipulari fratri: quia regula prædicta, quod nõ poſſit quis alteri ſtipulari, procedit etiã ubi quis ſtipularetur alicui ſibi conjuncto ratione ſanguinis vel affectionis. Hanc opinionẽ eſſe communiorẽ dicit Mynſing. *d. n. 3.* & certiſſimã tenet Curt. *d. loco.*

† Ad textus Feudales qui videntur velle fratrem 6
in conceſſione feudi ſibi facta per dominũ poſſe
paciſci fratri ſuo abſenti, reſpondet Gœdd. *in d.
concl.1.n.* 22. quod illi textus non agant de ſtipu-
latione, quæ ſeorſim & per ſe conſiſtere debet,
ſed de pacto in continenti adjecto, ut conſervet
ſucceſſionem feudi: quam non æquè per ſtipula-
tionẽ conſervare licet, niſi etiam hæc ita in con-
tinenti fiat, ut pars ſit principalis contractus, nõ
per ſe fiat & conſiſtat. Conſtans ergò & immota
manet hæc concluſio etiam in materia feudali.
Aliter reſpondet. Mynſ. *in d. §. alteri.* quod præ-
dicti textus loquantur de fratribus præſentib. &
cõmuniter inveſtiturã accipientib. Certũ enim
eſt † quod in ſtipulatione neceſſaria eſt interro-
gatio & reſponſio, & ideò neq; mutus neq; ſur- 7
dus, neq; infans, neq; abſens ſtipulationẽ contra-
here poſſunt, quoniã exaudire ſe invicẽ debent,
qui contrahunt *l.1.à pr.ff.de verb.obl.* Azo. *in ſum.
C.eod. titul.num.5.* Sichard. *in l.optimam num.2.
Cod. de contrah.& commit.ſtipul.* † Nec adver- 8
ſatur, pacto effici poſſe in feudo inveſtituræ in-
ſerto, ut illud non ſolum ad fratrem, ſed extra-
neum quemlibet etiam poſſit pertinere *d.c.1.§.
pen.& ult.quid ſit inveſt.& d. c.1.de feud.non hab.
propr.nat.* Ergò & ſtipulatione idem quoq; fieri
poterit. Quia ſtipulatio nõ item uti pactũ in cõ- 9
tinenti adjectũ pars eſt contractus, ideoq; hac in
parte argumentũ à pacto ad ſtipulationẽ nõ pro-
cedit. † Quod deniq; dicitur, ſi in materia Feu-

dali jus Canonicũ à jure civili diſcrepet, potiùs recurrendum eſſe ad jus canonicum, quàm civile: Jus autem Canonicum permittere, ut alii per alium acquiratur obligatio ex ſtipulatione, Id falſum eſt, ut plenè oſtendit Gœdd. *d. concl.* 1. *num.* 8. *& ſeqq.* quo lectorem remitto.

## CAP. LXV.

### FRUCTUS PENDENTES AN REctè in feudum dari poſſint?

Summaria.

1 *Ratio dubitandi & num.* 2.

3 *Fructus pendentes in feudum dari poſſe, commune eſt.*

4 *Reſpondetur ad rationes dubitandi. & num.* 5.

FRuctus cum ſolo in feudum dari poſſe extra controverſiam eſt. Sed an fructus pendentes, per ſe & reſpectu ſui absquè ſolo, in feudum concedi poſſint, quæſtionis eſt! Dubitant aliqui, fructus pendentes in feudum dari poſſe.
1 † Quia hoc caſu nulla proprietas eſt. In feudo conſiderari non poteſt, quia ejus non eſt uſusfructus. Non in fructibus pendentibus, quia ad Vaſallum pertinent ſaltem percepti, & ita ſequeretur quod toties, quoties fructus percepti eſſent interiret proprietas, donec alij fructus penderent. Dicendum ergò videtur, proprietatem conſiſtere in plantis aut arboribus, utilitatem

verò

verò in fructibus. † pro ſecunda ratione dubitandi affertur, quod fructus hi annuatim conſumuntur, & nulla fieri intelligitur à Domino ſeparatio utilis & directi dominii, quod eſt contra *c.1. ſ. hujus autẽ. in quib. cau. feud. amit. 2. F. 23. & cap. 1. ſ. quamvis. 2. F. 8. de inveſtit. de re alien. fact.* † Rectè Dd. communiter, uti refert 2
Zaſius in Epit. Feud. *part. 4. num. 4.* & Roſenth. *in Synops. feud. c. 4. concl. 2.* cõcludunt. † Fructus 3
pendẽtes in Feudũ dari poſſe, modò ſingulis annis renaſcantur, per *c. 1. ſ. fin. de feud. cognit.* ubi dicitur, quod non ſolùm res ſoli, ſed etiam ſolo cohærẽtes in feudum dari poſſint. Cohærere ſolo dicuntur, quæ ſolo juncta, infixaque & quaſi pars ſoli ſunt, id eſt, fundi vel ædium. *ſ. cũ in ſuo 29. Inſt. de rer. diviſ. gl. in d. ſ. fin. 2. F. 1.* ut fructus pendentes ſolo coherent, & ſunt pars fundi. *l. fructus pendentes 44. ff. de rei vendic. l. fin. ſ. fructus. 6. ff. qu. in fraud. credit.* Joan. Ferrar. *lib. 2. Feud. cap. 2.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 5. num. 1.* Et ideò de his fructibus, quia fundo coherent, judicandum eſt, ut de feudo, cum quæritur, an cedant mobilibus vel immobilibus. Borch. *de feud. cap. 6. num.* 11. Quod ſi verò ſint percepti & ſolo ſeparati, inter mobiles referuntur. Hinc Ulp. ait *in l. fundi 17. ſ. 1. ff. de act. emt.* vinum & fructus perceptos villæ non eſſe conſtat. † Nec 4
adverſatur prima ratio dubitandi. Quia reſpondeo, quod proprietas hujus feudi conſiſtat in ju-

re percipiendi hos fructus pendentes, quod ad dominum jure proprietatis ſpectat, adeoq; cum dicimus fructus pendentes in feudum dari poſſe, per Metonymiam effecti pro cauſa intelligimus ipſum jus percipiendi in feudũ datũ exemplo annuorũ redituum, juris venandi, piſcandi, cretam eximendi, lapidem cædendi. Weſemb
5 *de feud. cap 7. num. 6.* † Minus obſtat alterum dubium. Nam res ipſa conſumitur, jus verò percipiendi res ſeu fructus non extinguitur. Simile etiam eſt in feudo ex Cavena, nam quemadmodum ex illa quotãnis datur frumentũ, vinũ &c. Ita quotannis hoc caſu fructus pendentes.

## CAP. LXVI.

### SI FEUDUM AD DOMINUM REverſum eſt propter lineam finitam, annè Dominus proximioribus agnatis illud concedere teneatur.

Summaria.

1 *Affirmativa opinio.*
2 *Ut hæc opinio locum habeat, quæ requirantur.*
3 *Ampliatur iſta opinio.*
4 *Contraria opinio de jure verior eſt.*

FRuctuoſa & quotidiana eſt quæſtio, ſi feudum propter generationẽ finitam ad dominum pertineat, an ille, ad inſtantiã cõſanguineorum defuncti Vaſalli, ipſos de iisdem bonis prę
1 aliis extraneis inveſtire debeat? † Plurimi volunt, hoc caſu agnatos Vaſalli Dominum juſtè compel-

compellere poſſe, ut eos inveſtiat, quippe ſi non velit, judicio ex æquitate Canonica ad hoc eum cogi. Wurmbſ. *pract. obſ. tit. 51. de feud. obſe. 7. & alii, quos allegat*, Mynſing. *cent. 5. obſer. 16. num.* 1.
† Et hanc opinionem ut cõmunem Clar. *§. feu-* 2
*dum qu. 67.* procedere locumq; habere Domini Camerales teſtimonio. Mynſ. *cent. 6. obſ. 76. n. 3.* cenſuerunt, ſi ſequentia requiſita adeſſent. Primò, quod conſanguinei talem renovationẽ petant à feudi domino intra annum, aliàs enim eo elapſo præſcriptum eſſet huic judicis officio. Secundò exigitur, quod conſanguinei id petant re adhuc exiſtente integra, id eſt, priuſquam Dominus de ejuſmodi feudo alium inveſtiviſſet. Tertiò quod tales cõſanguinei ſint heredes
defuncti & Vaſalli. † Ampliant nõnulli hãc o- 3
pinionẽ ut procedat etiamſi Domin⁹ feudũ pro ſe obtinere velit, tamen illud potiùs cõferre teneatur proximis agnatis Vaſalli defuncti. Clar. *§. Emphyteuſis. qu. 43. num. fin.* Bald. *in cap.* 1. *§. ſi verò. qual. olim. pot. feud. alienat. 2. F. 9.* Quam ampliationem alii improbant aſſerentes, ſi Dominus feudum ſibi apertum non infeudare ulterius, ſed ſibi ſuisque poſteris reſervare velit, hoc eum poſſe, quia eſt tantùm æquitas quædam, ut conſanguinei extraneis tantundem offerendo præferantur, Mynſingerus. *cent. 5. ob-*
*ſervat. 16. num. fin.* † In puncto juris verius 4
eſt, Dominum non teneri, vaſallo mortuo, & li-

neâ ſuæ familiæ per ejus obitũ extinctâ, conſanguineos ipſius præ aliis tali feudo inveſtire. Quia quilibet rei ſuæ abſolutus eſt moderator ac arbiter, *l. in re mandata 21. C. mand.* & quia per mortem Vaſalli jus feudi Domino plenè quæſitum eſt. Obrecht. *de feud. cap. 4. num. 73.* Fachin. *lib. 7. controv. cap. 73. & lib. 1. cap. 100.* Gail. *lib. 2. obſerv. 148. num. 2.* ubi notat, hanc ſentẽtiam in Practica obſervari. Niſi aliter conſuetudine receptum ſit, quod videlicet Dominus teneatur conſanguineos extraneis præferre, quæ attendenda *L. item eorum. 6. à princip. ff. quod cujus, univ. nom. l. ſi fundus. 6. ff. de eviction.* Pro hac opinione adduci ſolet doctrina, quæ in feudis eſt notiſſima, quod Vaſallo ſine deſcendentibus maſculis defuncto, feudũ (ſi novum) ad agnatos transverſales non pertineat, nec aliqua ſucceſſione devolvatur, tex. *in cap. 1. §. his verò de gradib. ſucced. 2. F. 11.* Zas. *vol. 2. conſil. 22. num. 18.*

## CAP. LXVII.

### AN IN DUBIO PRÆSUNANtur bona allodialia vel feudalia.

Summaria.

1 *Res in dubio præſumitur allodialis.*
*Ampliatur, num. 5.*
*Fallit num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.*
2 *Omnis res præſumitur libera.*

3 *Con-*

3 *Concluſio iſta communis eſt.*

4 *Aſſerenti rem eſſe feudalē imcumbit probatio.*

REgulariter in dubio quælibet res præſumi- 1
tur allodialis, & hereditaria, non verò feudalis, per text. *in cap. 1. ſ. inter filiam. ſi de feud. def. cont. ſit. int. dom. & agn. Vaſall. def. 2. F. 26. fac. l. ſive poſſidetis. 16. C. de probation.* donec adverſarius probet res ipſas feudales eſſe, & non allodiales, Clar. *ſ. feudum quæſt. 18. nu. 2.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſt. verb. qui quidem inveſtiti. num. 9.* Cæſ. de Urſil. *l. in addit. ad diviſ.* Afflict. *deciſ. 277 num. 4.* Schneid. *in ſ. fin. num. 3. Inſtit. de ſervitut.* Borch. *de feud. cap. 2. num. 14.* Unde heres in poſſeſſione rei hereditariæ, quam defunctus poſſidebat, mortis tempore confirmandus eſt, donec probentur res ipſæ, feudales eſſe non verò allodiales. text. *in d. §. inter filiam.*

† Ratio hujus doctrinæ hæc eſt, quoniam o- 2
mnis res præſumitur libera. *l. ſi quis ædes. 39. à princip. ff. de ſervit. Urb. præd. l. altiùs 8. C. de ſervit. & aqu.* Clar. *d. qu. 18. num. 1.* qui ait, omnes Dd. hanc regulam ſequi, tàm in legendo, quàm conſulendo. Res autem feudalis libera non dicitur, cum in ſeſe ſervitutem quandam contineat *c. 1. ſ. imprimis in quibus cauſis feud. amit.* & ibi Baro à Tautemb. Gothfred. *in d. l. altius.* quæ regulariter non præſumitur niſi probetur *l. libertas 4. ff. de ſtat. homin.* Jacobin. de S. G *verb. dictiq; Vaſalli promiſerunt. num. 6. & ſeq.*

Gail. *lib. 2. obſ. 69. nu. 4 & ſequ.* † Et hanc con-
3 cluſioné omnes Dd. admittere teſtatur Anton.
Gabriel. Roman. *com. concluſ. tit. de feud. lib. 3. concluſ. 3.* & Clar. *in ſupra d. loco*, atque ſecundum illam concluſum fuiſſe in Camera Imperiali ſcriptum reliquit Mynſing. *cent. 5. obſerv.*
4 *25. num. 4.* † Infertur ex hac doctrina ut aſſerenti rem eſſe feudalem incumbat onus probandi. Gabriel. & Mynſing. *dd. locis.* Quia præſumtio naturæ transfert onus probandi in adverſarium, ut dixit Salycet. *in l. ædibus. Cod. de ſervit. & aqu.* quem refert Petrus de Gregor.
5 *de conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 1. num. 5.* † Et ampliatur prædicta doctrina, ut non ſolùm obtineat in bonis plebeiorum, ſed & nobilium. Nam & illorum bona, quamvis habeant poſſeſſiones, ſub principibus præſumuntur eſſe allodialia. Borch. *d. lo.* Alciat. *de præſumt. reg. 2. præſumt. 3.* Et ita facti contingentia judicavit conſilium Neapolitanum, ut refert Afflict. *de-*
6 *ciſ. 207.* † Fallit verò doctrina iſta pluribus in caſibus. I. Si in aliquo loco major pars bonorum defuncti ſit feudalis, quo caſu in dubio etiam reliqua bona feudalia eſſe creduntur, niſi contrarium probetur, ſecus ſi majorem bonorum partem patrimonialem & filiorum fuiſſe notum ſit, *c. 1. de controver. int. maſcul. & fœmin. 2. F. 41.* Et ratio eſt, quod una res diverſo jure cenſeri non debeat, *l. eum qui ædes 22. à princ. ff. de*

*ff. de uſucap.* & quia major pars attrahit minorem. text. *in cap. 1. de his qu. fiunt à major. part. Capit.* Gail. *d. obſervat. 69. num. 6.* Quod ſi bona ſint in diverſis locis conſtituta, tunc ex unius, etiam ampliſſimi prædii qualitate ad aliud prędium diverſo loco ſitum præſumtio nulla porrigi poteſt. Baro à Tautemberg. *in d. tit. 41. verſ. præſens*, ubi & Baldum ita tenere refert.
II. Fallit, ſi res de qua controverſia eſt, ſemel 7
fuerit feudalis, tunc enim præſumitur adhuc eſſe feudalis, niſi contrarium probetur. text. *in d. cap. 1. verſ. Item ſi ſit. 2. F. 41.* Gail. *d. obſer. 69. num. 6.* III. Fall. ſi pro eo quod res ſit feu- 8
dalis, concurrat fama, & ſimus in antiquis. Vrſill. *in addit. ad deciſ. Afflict. deciſ. 277. num. 1.* Gabriel Roman. *d. concluſ. 3 num. 2.* Fama enim, præſertim ſi antiqua, inducit juſtam cauſam credendi, Balb. *in repetit. L. Celſus part. 1. num. 42. de uſucap.* Jaſ. *in l. ſi quis argentarium. §. ſi initium. num. 25. ff. de edend.* Mynſing. *d. obſervat. 46.* IV. Fall. ſi Princeps narraret in 9
inveſtituris per verba enunciativa, dicta bona eſſe feudalia. Mynſing. *d. obſervat. 25. num. 7.* Gabriel. *d. concluſ. num. 3.* V. Fall. Quando 10
Ecleſia concedit jurisdictiones vel penſiones, quia præſumitur in dubio cōcedere in feudum. Gabr. & Mynſing. *dd. locis.* VI. Fall. quando 11
dubitatur de latitudine prædiorum feudalium,

*Negativa opinio recipitur num. 7.*
6 *In dubio ſtandum eſt proprietati verborum.*
8 *Idem effectus pignoris ac hypothecæ eſt.*
9 *Reſpondetur contrariis argumentis, & n. 10.*
11 *Fructus feudi oppignorare licet.*
12 *Communis opinio ſequenda eſt.*

FEudum pignori dari non poſſe communiter FF. concludunt. Bald. *in c. 1. aut ſi libellario.* & ibi Baro à Tautenb. *num. 2. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5.* Clar. *§. feudum. qu. 35.* Zaſ. *de feud. part. 9. num. 6.* Duar. *tract. feud. cap. 12. n 7.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 40.* Wurmbſ. *tit. de feud. 51. obſ. 18.* Gemmel. *part. 9. Feud.* Obrecht. *de feud. cap. 3. num. 138.* Pro qua doctrina adducitur textus clarus in *c. Imperialem. à princ. ibi* vel pignorare. *de prohib. feud. alien. per Frider. in c. 1. §. quamvis. fin. ibi.* nam nec pignus. *de inveſt. de re alien. fact. 2. F. 8.* Pignoris enim datio eſt alienatio quædam *L. ult. C. de reb. alien. non alien.* Alienatio autem rerum feudalium ex Lotharii & Friderici Impp. conſtitutionibus Vaſallo interdicta eſt *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Frider.* Zaſ. *d. part. 9. num. 3.* Baro à Tautenb. *in d. §. aut ſi libellario. num. 2.* Borch. *d. c. 8. num. 41.* † Ex quo conſequenter intelligimus, Legem commiſſoriam, quæ in emtione venditione locum habet. *t. t. ff. de L. Commiſ.* & in pignoribus improbatur, *L. fin. C. de. pact. pign.*

The margin numbers 1 and 2 appear beside "communiter FF. concludunt" and "Ex quo conſequenter intelligimus" respectively.

in feudis prorſus ceſſare: quod in tantum verū eſſe Gerhardus Niger tradidit, ut non valeat conventio, ut creditor fundum non feudalem pignori datum pecunia non ſoluta jure feudi retineat *c. un. de feud. dat. in vic. L. Commiſſ. reprob.* Jacob de Ardiz. *in ſum. Feud. cap. 35.* Hoc tamen receptum eſt, Vaſallum pro pecunia à Domino mutuo accepta, poſſe feudum Domino pignori dare. *c. 1. ext. de feud.* ſicque percipiat fructus rei ſuæ: & eſt caſus unicus, quo pignus rei propriæ valet. Weſemb. *de feud. cap. 11. n. 5.* Duar. *d. cap. 12 n 7.* † Sed num feudum hypothecæ,
3 cujus poſſeſſio in creditorem nō transfertur, ſed penes debitorem manet, dari poſſit, maximè
4 diſputarunt Interpp † Pro affirmativa Dd. communiter contendunt, Bald. *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frider.* & ibi Alvar. Zaſ. *d. part. 9 num. 18.* Baro à Tautenb. *in d. §. aut. ſi libellario. num. 5.* Wurmbſ. *tit. 51. de feud. obſer. 18.* H. Hartm. *tit. 54. de feud. obſ. 20. num. 3.* Borch. *d. cap. 8. n. 60. & ſeqq.* Gemmel. *d. lo. fol. 97.* Moventur primò, quia per hoc non cenſebitur conſtitutionibus Lotharij & Frederici contraveniſſe. Nam per ſimplicem hypothecam non transfertur poſſeſſio rei feudalis in creditorem, ſicut per pignorationem. Text. in *§. Item Serviana. 7. Inſt. de action. in l. ſi reus alienam. 9 §. propriè. 2. ff. de pign. act. l. plebs. 238. §. pignus. 2. ff. de verb. ſign.* Alienatio autē non dicitur, poſtquā retenta
eſt

eſt poſſeſſio *L. alienatum.67.ff.de verb.ſign.* Nam
etſi alios contractus faceret Vaſallus citra tradi-
tionẽ, feudum tamen non amitteret, cum aliud
ſit alienatio, aliud obligatio ſeu titulus alienati-
nis. † Facit, quod nuſquam in jure feudali hypo- 5
theca prohibeatur, ſed ſemper nominatim pi-
gnus. *d.c. Imperialem. d.c.1.§.quamvis.* Et licet
pign' & hypotheca, quoad actionẽ hypotheca-
riã, qua tàm pignora quã hypothecas perſequi-
mur, *d.§.Item Serviana.7.* nihil inter ſe differant,
propriè tamẽ pignoris appellatione res contine-
tur, quæ ſimul traditur creditori, appellatione
verò hypothecæ res quæ ſine traditione nuda cõ
ventione tenetur. *d.§.Itẽ Servian.d.l.ſi rẽ alien.9.
§.propriè.2.d.l.plebs 238.§.pignus.2.* † Tritũ autẽ 6
eſt, in dubio ſtandũ eſſe proprietati verborũ, *L.
nõ aliter.69.ff.de legat.3.* Alciat. *in l. in Conven-
tionalib.229.ff.de verb.ſig.* quod maximè hoc ca-
ſu fieri debet, cũ verſemur in materia odioſa &
odia interpretatione magis reſtringi, quàm am-
pliari debeant. *c. odia, de reg.jur.in 6.* Ceſſat etiã
in hypotheca ratio prohibitæ alienationis ex-
preſſa *in d.c.Imper.* Nec enim ante feudi traditi-
onem ob nudã pignoris conventionẽ Vaſalli in-
opes & propter inopiã ad feudi ſervitia reddun- 7
tur inhabiles. † Alii opinantur, feudũ nec pigno-
ri nec hypothecæ dari poſſe, Martin. Laudens. in
*d.c.Imper.* Ardiz *in ſum.feud.c.116.* Sonsb. *de feud.
part.12.n.100.* Vult. *lib.1.F.c.10.n.45* Wel. *de F.c.
11.num.5.* quos rectiùs ſentire arbitror, quoniam

hypotheca non minus dicitur ſpecies alienationis ac pignoratio *L.fin.* ibi vel hypothecam vel pignus. *C. de reb. alien. non alien. c. nulli. ext. eod. l. ſi uſumfr. 23. §. in ſumma. 1. ff. de liber. cauſ.* Alciat. *in l. alienatum. 67. ff. de verb. Signific.* & ibi Gothofr. *lit. a.* Gœdd. *in l. alienationis 28. num. 8. eod.* Weſemb. *in π. ff. qu. res pign. oblig. num. 2.* Et intuitu obligationis hypotheca eadē
8 eſt cum pignore, † Eadem enim ratio, vis & effectus pignoris & hypothecæ eſt, ſi quæ autem differentia eſt, ea ſaltem in nomine & dictione heret, *d. §. Item Serviana.* Quare & res quæ pignori dari nequeunt, hypothecæ exemtæ ſunt per *L. ſi is qui bona 11. §. uſusfr. inf. de pignorib.* Feudum verò oppignorari Impp. prohibuerunt vel ex hac ratione, ne ſi poſtea non ſoluto debito, illud diſtraheretur, vires Imperii diminuerentur, ut conſpicuum eſt ex *d. c. Imperialem ab princ.* Eadem ratio feudi hypothecam invertit. Nam & hîc non ſoluto debito feudum perſequi poſſet creditor & diſtrahere, ſiquidem creditori jus reale conſtituitur, & quidem tale jus ex quo pervenitur ad omnimodam alienationem, videlicet ad pignoris diſtractionem. *§. contra autem creditor. Inſt. quib. alien. lic. vel non. t. t. C. de diſtract. pignor.* Hanc opinionem in Camera obtinuiſſe refert Gail. *lib. 2. obſer. 154. num. 5.* eamquè veriorem eſſe & uſu ſervari atteſtatur We-
9 ſemb. *d. cap. 11. num. 5.* † Cui non adverſatur,
quod

quod per ſimplicem hypothecam non transſeratur poſſeſſio in creditorem. Nam prohibita alienatione, prohibitus omnis cenſetur actus quo res illa à nobis ad alium tranſire poſſit. *cap. cum quid prohibetur. de reg. jur. in 6. l. oratio. 16. ff. de ſponſal. L. ſi ad reſolvendum. 7. C. de præd. minor.* Dyn. *in. d. c. cũ quid prohibetur.* Sichard. *ad l. fin. num. 1. C. de reb. alien. non alien.* Pheder. *de legib. interpret. fol. mihi. 33.* Gœdd. *ad d. l. 28. num. 15.* Atqui ſi Vaſallus debitor in ſolutione ceſſaverit, hypothecæ jus diſtrahendi rem ſuppoſitam adheret *t. t. ff. & C. de diſtract. pignor. & hypoth. L. magis puto 5. §. ſi fundus. 3. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* † Nec obſtat, quod in jure Feud. 10
ſaltem fiat mentio pignoris, non verò hypothecæ. Quia ibi appellatione pignoris etiam hypotheca comprehenditur. *arg. tit. ff. de diſtract. pign. vel hyp.* licet propriè pignus in rebus mobilibus *d. l. plebs. 238. §. pignus. 2. ff. de verb. ſign.* & quarum poſſeſſio ad creditorem tranſit. *d. §. item Serviana. d. l. ſi rem alienam. 9. §. propriè.* conſtituatur. Uſus enim hæc duo confundit, ita ut hypotheca nil aliud ſit, quàm pignus, nec pignus aliud quàm hypotheca. *d. §. item Serviana. d. §. propriè. l. ſi tibi decem. 17. §. de pignore 2. ff. de pact.* Gœdd. *in d. l. plebs. §. pignus: & ibi* Alciat.
† Sanè fructus & commoditates feudi oppignorari poſſe, notius eſt, quàm ut dici debeat. Jaſon. 11
*ad l. fin. C. de jur. Emphyt.* Duar. *d. cap. 12. n. 7.*

modò

modò ea de cauſa Vaſallus non reddatur minus idoneus ad obſequia feudi & onera imperii ſuſtinenda Baro à Tautenb. *in d. §. aut ſi libellario. n. 6.* Quod tamen nec ipſum ſatis arridet Sonsbeccio *de feud. part. 12. num. 102.* ſed tutiùs fuerit, communi opinioni, quæ huc uſque obtinuit, inhærere. † Ab omnibus enim decantata

12 eſt regula, In judicando communi opinioni adſtipulandum eſſe *c. novimus. ibi: quorundam ſit opinio à plurib. approbata. de verb. ſignif. l. 1. ff. de offic. Quæſt.* Clar. *in feud. quæſt. 49. n. 11.* Schrad. *conſil. 6. n. 100.* Hartm. Piſtor. *qu. civ. 30. n. 7.*

## CAP LXIX.

### DOMINUS CONSENTIENS OPPIgnorationi feudi, utrum eo poſteà ad ipſum devoluto, debitum perſolvere teneatur?

Summaria.

1 *Negantium opinio.*

2 *Approbatur ſententia affirmativa & num. 6. Ampliatur. num. 5.*

3 *Conſentiens rem ſuam ad alium pervenire, cenſetur juri ſuo renunciaſſe.*

4 *Dominus voluntatem ſuam intelligitur accõmodaße ad id, quod jus diſponit.*

7 *Si Dominus conſenſerit ratione ſortis principalis, an cenſeatur etiam conſenſiſſe ratione ejus quod intereſt, remiſſivè.*

Si Domi-

SI Dominus feudi oppignorationi, conſenſerit, annè Vaſallo ſine liberis mortuo & feudo ad Dominum reverſo, Dominus debitũ creditori perſolvere teneatur, ſi fortè ex bonis allodialibus debitoris ſolutio fieri nequeat, ardua eſt cõtroverſia? † Sunt qui putant, licet Domi- 1
nus Vaſallo feudũ impignoranti conſentiat, reverſo tamẽ ad ipſum feudo Dominũ non teneri. Laud. *in c.1 & ibi* Præpoſ. *de inveſt. de re alien. fac.* Zaſ. *part. 6. n. 27. & part. 9. n 8. de feud.* & alii quos citat Vult. *lib 1. F. c. 10. n. 70.* Quorũ fundamenta & rationes luculenter collegit ac recenſet Hart. Piſtor. *qu. feud. 48. à n. 1. uſq; ad n. 14.* quo te remitto † Ego arbitror, Dominum propter con- 2
ſenſum prius adhibitum ita obſtringi, ut vel debitum luat, vel creditorem jure ſuo uti patiatur. Pro hac opinione adduco primùm *c. un. §. etſi clientulus. v. ſi verò Domi. de ali. feud. 1. Feud. 13.* ubi habetur, alienationẽ cũ conſenſu Domini factã defuncto ſine heredibus Vaſallo alienatore robur ſuũ obtinere. Ex quo ita argumentari licet: Dominus cõſentiens alienationi feudi pro eo habetur, ac ſi feudũ ab ipſo alienaretur, & in emtorẽ transferretur: Ergo & in hoc noſtro caſu, ſi Dominus oppignorationi feudi cõſenſum ſuũ præſtiterit, pro eo habetur, ac ſi feud. ab ipſo oppignoratũ fuiſſet, cõſentiens enim rẽ ſuã ab alio oppignorari, mãdare intelligitur, & juri ſuo renũciare voluiſſe. *L. Pom. 5. § fin ff. in quib. cau. pig.*

*vel hypoth. tac. contrah. cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amit.* Oppignoratio enim onus reale injungit feudo propter conſenſum Domini perpetuò durans, donec debitum perſolvatur. *§. omnium autem. 1. junct. §. item Serviana. 7. ubi hoc not. Dd. Inſt. de action. L. ſi fundus. 16. §. in venditione. 3. ff. de pignorib.* Nam cum ſemel jus reale conſentiente domino, in feudo fuerit conſtitutum, neceſſariò inde ſequitur jus hoc feudo inherere ad quemcumquè feudum pervenerit. Bald. *in cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5.* Fachin. *lib. 7. contr. cap. 76.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. cap. 26.* Vult. *d. cap. 10. num. 70.* †
3 Regulare enim eſt, ut quotiescumque quis conſentit rem ſuam ad alium pervenire, hoc ipſo cenſeatur juri ſuo renunciaſſe, & iſtud in eum, cujus gratia conſentit transferre voluiſſe *d. c. 1. §. præterea. L. fin. C. de remiſſ. pign. L. cum quædam. 26. C. de admin. tut.* Nec is qui ſemel conſenſit, huic conſenſui jure contravenire poteſt, ſed eo nomine perpetuò devinctus eſt. *L. per fundum. 11. ff. de ſerv. ruſt. præd. L. in diem. 9. ff. de aqu. plu. arc. l. de acceſſionib. 14. §. fin. ff. de diverſ. & temp. præſcr. L. Pomponius. ff. de negoc. geſt. c.*
4 *quod ſemel placuit. de reg. jur. in 6.* † Pro ſtabilienda hac opinione adfertur, quod dominus cenſeatur voluntatem ſuam accommodaſſe ad id, quod jus diſponit *L. ſi cui. 9. ff. de ſervit. L. quamquam. 62. ff. de rit. nupt.* quilibet enim ſecundum

eundum leges agere voluiſſe præſumitur. *L. quidam 132. ff. de verb. obligat.* Alciat. *lib. 1. de verb. ſignif.* At juris ratio exigit, ut pignoris jure ſemel legitimè conſtituto in fundo aliquo, iſtud cum re ipſa tranſeat, itemquè conſenſus Domini perpetuus eſſe debeat. † Quæ cõcluſio 5
quoquè procedit, etamſi Dominus adjecerit clauſulam, Salvo jure noſtro feudali, doch vns an vnſerm Rechten vnd Lehenſchafften vnſchädlich. licet aliqui contradicant. Schneidevv. *de feud. part. 4. numer. 47.* Nam clauſula illa non operatur ſuper eo, ſuper quo eſt principaliter diſpoſitum per conſenſum adhibitum, ſed intelligitur de alio. Piſtor. *d. qu. 48. num. 22.* † Et 6
hanc opinionem ut communem, Schneid. de *feud. part. 4. num. 46.* notiſſima Germaniæ Conſuetudine generali receptam eſſe teſtis eſt Vult. *in d. cap. 10. num. 70.* ſecundum quam in Saxonia ſæpius reſponſum & judicatum fuiſſe ſe meminiſſe refert Piſtor. *d. qu. 48. in fine.* Argumenta contrariæ opinionis benè diluit Piſt. *d. qu. à num 23. uſq; ad fin.* quem, ſi lubet, adi. † Sed ulterius quæritur! Si Dominus conſenſerit ratione ſortis principalis, num cenſeatur conſenſiſſe ratione ejus quod intereſt? Plenè hanc quæſtioнẽ examinat Hartm. Piſtor. *in quæſt. feud. 49.*

## CAP LXX.

## FEUDI POSSESSIO AN CONTInuetur ipſo jure in filium.

Summaria.

1 *Opinio adfirmativa.*
2 *Pater & filius una cenſentur perſona.*
3 *Negativa ſententia.*
4 *Poſſeſſio corpore & animo acquiritur.*
5 *Poſſeſſio morte patris finitur.*
6 *Ampliatur opinio negativa.*
7 *Conciliantur contrariæ opiniones.*

GRavis eſt diſputatio, an poſſeſſio rei feudalis, quam defunctus Vaſallus habuit, in fi-
1 lium heredem ipſo jure continuetur? † Et primò gloſſa in *§. ſui autem 2. verb. exiſtimantur. Inſt. de her. qual. & differ. & in cap. 1. circ. fin. de feud. cognit.* & Bald. *in L. cum antiquioribus. v. decimo ſic. C. de jur. delib.* videntur velle, quod poſſeſſio feudi in filium continuetur ſine apprehenſione, modò feuda ſint antiqua, Jaſon. *in l. quoties num. 32. C. de rei vendic.* Schurpff. *cent. 2. conſil. 32. num. 1.* Bernh. Wurmbſ. *pract. obſ. tit. 26. obſerv. 5. num. 6. & tit. 44. obſ. 2. num. 4.* Coras. *lib. 6. miſcell. cap. 12. n. 6.* Hartm. Hart *tit. 54. obſ. 19. n. 13.* per rationẽ, quia filius in feudis vivo patre intelligitur inveſtitus, ac etiam poſſidere per *cap. 1. §. fin. de feud. cognit.* & in eum continua-

tinuatur poſſeſſio ſine alia inveſtitura, adeò quod filio vivo patre non deſit jus, ſed tantùm adminiſtratio, quæ ad filium tranſit, cum pater moritur. *L. in ſuis 11. ff. de liber. & poſth.* † Cen- 2
ſetur enim perſona patris & filii una perſona *L. fin. & ibi Dd. C. de impub. & al. ſubſtit.* Unde nova inveſtitura non datur, ſed antiqua renovatur. Et cum hæc poſſeſſio ſit juris. pro actuali poſſeſſione adipiſcenda dicunt, poſſe intentari remedium *L. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & interdictũ quorum bonorum. Item ſi quis mortuo defuncto corporalem poſſeſſionem apprehendat, illa impedit iſtam legalem poſſeſſionem. Ita vult Wurmbſ *in d. obſ. 5. n. 8.* & alii ibi ab eo citati.
† Alii contra exiſtimant, in feudalibus poſſeſſio- 3
nem non continuari ipſo jure, ſed actuali apprehenſione opus eſſe, veluti in bonis allodialibus, licet in rebus per patrẽ relictis cõtinuetur dominium in filium *d. l. in ſuis 11.* Jacob. de S. Georg. *in ſua inveſt. in verb. ita quod ipſi inveſtiti. n. 13.* Saiſon, *in conſuet. Turonen. tit. 12. art. 1.* † Quia 4
poſſeſſio in facto conſiſtit. *l. 1. ff. de acq. vel amit. poſſeſ.* & non aliter quàm corpore & animo acquiritur. *L. poſſideri. 3. §. & adipiſcimur. 1. & l. quẽadmodum. 8. ff. eod. tit. l. cum miles. 30. ff. ex quib. cauſ. major. l. cum hered. 23. ff. de acq. poß.* † Deinde 5
poſſeſſio morte patris finitur, eò quod mors omnia ſolvat. Nov. *de nupt. 22 c. 20. deinceps.* Et quidem ſuus heres ipſo jure etiã abſq; editione

conſequitur dominium rerum paternarum *d. l. in ſuis. & d. §. ſui autem.* ſed non poſſeſſionem, quia iſta ſeparata ſunt, Dominii translatio nõ infert poſſeſſionis translationem. *L. naturaliter 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* † A-
6 deò verò opus eſt facto ſeu apprehenſione, ut ſi poſt mortem patris alius occupet feudum, filio non competat interdictum recuperandæ poſſeſſionis, quia non poſſidet, at ſpoliũ non committitur, niſi contra poſſidentem. Weſemb. *in π. ff. de vi. & vi arm. n. 11.* Petr. Frider. *lib. 2. de mandat. cap. 56. num. 1.* Quam ſententiam amplexi ſunt Domini Camerales, ut atteſtantur Mynſ *cent. 3. obſ. 38.* & Gaill. *lib. 2. obſer. 152. n. 12.* per ea quæ congeſſit Zaſius *lib. 1. conſil. 10. num. 8.* ubi etiam argumenta in contrariũ facientia abundè diluit.
7 † Ad conciliandam diverſam interpretum ſentiam dicendum eſt, Poſſeſſionem defuncti dupliciter conſiderari, aut in habitu & potentia, aut in actu. Si habitum ſpectemus certiſſimũ eſt, tàm dominium quàm poſſeſſionem continuari in filiũ mortuo patre, textus eſt *in l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſth. & in §. ſui autem. 2. Inſt. de hered. qual. & differ.* ſiquidem in ſuis heredibus aditio neceſſaria non eſt, cum ſtatim ipſo jure heredes exiſtant *dd. text.* Ita ergo prior intelligenda eſt opinio, & hoc caſu filius imaginariè & per quandam repræſentationẽ pro poſſeſſore feudi habetur. *d. l. in ſuis.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 25. n. 3.* Obrecht.

*de feud.*

*de feud. c.3.n. 241.* Unde filius interdicto recuperandæ poſſeſſionis experiri non poteſt. Bald. *in auth. defunct. C. ad SC. Tertul.* quem allegat. Zaſ. *de feud. part. 6. n. 44.* ubi ait, ſe ita aliquando cõſuluiſſe, & conſulendo obtinuiſſe. Si verò effectũ rei & actum poſſidendi corporalẽ reſpiciamus, poſſeſſio nõ eſt apud filiũ, niſi apprehenſa foret, quia cum facti ſit, per mortem parentis eſſe deſiit. Igitur nova apprehenſione opus eſt. Oldendorp. *in claſſ. act. 5. de benefic. action.* Mynſ. & Gail. ſupra citatis locis.

## CAP. LXXI.

## NUM VASALLUS IPSO JURE VEL per ſententiam feudo privetur.

Summaria.

1 *Vaſallus regulariter feudum amittit per ſententiam, per rationem num. 2.*
*Fallit in alienatione feudi, num. 5.*
*Fallit in non petendo inveſtituram ſecundum quoſdam. num. 6.*
*Fallit, ſi pactum intervenerit. num. 7.*
*Fallit ſi feudum ad dominum revertitur propter lineam finitam vel inhabilitatem perſonæ. num. 8.*
3 *In cauſa propria judex quis eſſe nequit.*
4 *Vaſallus gravatus appellat.*
9 *Ubicumquè dicimus, quod res ipſo jure revertatur ad dominum propter delictum, hoc ſemper intelligitur, ſi dominus velit.*

NON inconvenienter quæritur! Si Vaſallus commiſerit feloniam, ob quam feudo privetur, num ipſo jure, an verò per ſententiã illud amittat? Et Feudiſtæ teſtimonio Julii Clari *in ſ. feud. quæſt. 62.* communiter docent, regulariter ad demonſtrandam noxam & feloniam Vaſalli cognitionem, condemnationemq; requiri. Petr.
1 de Ferrar. *form. libel. ad revoc. feud. verb. nec ſuperſtit. n. 26.* Jacob. de S. Georg. *verb. dictiq; Vaſ. promiſerunt. n. 11. v. ſed quæro & verb. & promiſerunt eidem. n. 32 & n. fin.* Ferrar Montan. *de feud. lib. 4. c. 3.* Zaſ. *in Epit. feud. part. 10. n. 72* Oldend. *clas. 5. acti. tit. de benef acti.* Duar. *de feud. c. 15. n. 4.* Weſem. *eod. tract. c. 15. n. 9.* Gail. *lib. 2 obſ. 51 per tot. & lib. 2. de pac. publ. cap 3. num. 10.* H Hartm.
2 *tit. de feud. 54. obſ. 23.* † Namque juris eſt indubitati, ubicumq; Vaſallus ex delicto feudum perdit, proceſſum judicii & privationis ſententiam requiri. Text. eſt *in c. 1. de feud. ſin. culp non amit. 1. F. 21.* ubi textus dicit, quod Vaſallus non debet ſpoliari feudo niſi culpa convicta. Ergo ſi oportet eum convincere de culpa, neceſſariò oportet eum citare. tex. *in c. 1. ſ. fin. quo temp. mil. inveſt. pet 1 F. 22 ibi*, niſi culpa convicta *c. 1. ſ quicumq; advocatiã.* ibi ordine judiciario *de pac. ten c. 1. ſ. ut autem æquitas. de prohib feud. alien. per Loth. 2. F. 52. fac. l. 1. C. de exec. rei judic l. negantes 9. C. de oblig. & action. l. ſi cum nulla. ff. de re jud. l. deſertorem. 3. ſ. ſi in diẽ. 7. ibi*, facta prius copia docendi, num fortè caſibus quibuſdã detẽtus ſit, propter

quos venia dignus videatur. *ff. de re milit. fac. tex. in clem. paſtoralis, de ſentent. & re judi.* ubi probatur, quod princeps etiã contra ſubditũ non poteſt ſupplere defectũ citationis ſeu defenſionis: quia eſt de jure naturali, ut probatur ibi, & *in l. ut vim 3. ff de juſt. & jur. l 1. § cum arietes. ff. ſi quadr. paup. fec. dic.* Et licet delicti cauſa ipſo jure ſit definita, quæ feudũ adimit, quia tamen multa ſunt quæ delinquentem excuſare, & ut cauſam dicat admittere poſſunt, propterea cognitione opus eſt, ne injuſtè privetur. *c. 1. §. ad hæc. hic finit. lex. incip. conſuet. regn. 2. F. 28. l. defenſionis facul. 7. C. de jur. fiſc. d. l. deſertorẽ. § ſi ad diem.* Coler. *proceſſ. exec part. 1 c. 3. n. 84.* Huc accedit, † quod judicẽ quempiã in ſua cauſa fore, incivile & cõſtitutionibus contrariũ ſit. *L. un. C. ne quis in ſua cau. jud L. Juli. aut. 17. ff. de jud l. ſi de re ſua. pen. ff. de arbitr.* Judiciorũ enim vigor, juriſq; publici tutela ideò in medio conſtituta eſt, ne quisquam ſibi ultionem ſumat. *L. null. 14 C. de jud.* nec ſingulis concedendũ eſt, quod per magiſtratum publicè fieri poſſit, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi *l. non eſt ſingulis 176 ff. de Reg. jur. l. ſi quis in tantã 7. C. Unde vi.* Forcat. *dial. 96. n. 4.* & dominũ propria autoritate feudũ auferre non poſſe, niſi Vaſallus auferri patiatur, probatur *arg. L. creditor. 3. C. de pign.* Vim enim cõmittit, qui id quod deberi ſibi putat, non per judicẽ repoſcit. *L. ext. 13 ff. quod met. cau. l. credit. pen. ff. ad L. Jul. de vi. priv.* 3

4 † Vaſallus tamen ſi per ſententiam parùm gravatus fuerit, ab ea appellare poterit. *c.1.§.fin.quo temp. mil. inv. pet. 1. F.22.* & ibi Baro à Tautenb. Petr. de Ferrar. *d.verb. nec ſuperſtitibus. num. 26.* H. Hartm. *d.obſ.23.num.6.* Jacobin. de S. Georg.
5 *verb. & dicti Vaſalli, num.36.* † Communi omniũ opinione ab hac regula noſtra primò excipitur caſus alienationis & traditionis factæ Domino irrequiſito: quo caſu ſi Dominus velit feudũ revocare, nõ eſſe expectandã ſententiã, ſed ipſo jure ad Dominũ feudũ reverti, volunt per *tex in c. 1. quid jur. ſi poſt alienat. 2. F.44. & arg. c.1. §. ex hoc de feud. fœm. 2. F.30.* Clar. *d.quaſt. 62.* Zaſ. *d. part. 10. n. 72.* Duar. *de feud. c. 15. n. 5.* Tyraquel. *in repet. L. ſi unquam. verb. revertatur. n. 11. & n. 451.* Ut ſi Vaſallus in poſſeſſione eſſe deſierit, & dominus eam vacuã reperiat, jure ſuo uti, & rem feudalẽ, non expectata ulla ſententia, qua habita culpæ cognitione declaretur feudũ Domino apertũ, eiq; reſtituendũ, ingredi & ad ſe recipere poterit, ita tamen ut nihil agat, quæ legibus inimica. Nã Vaſallus cum feudũ alienet, cenſetur illud prorſus habere pro derelicto, quatenus cõſideratur juris effectus. Ergò non ſolum utile dominium ſed & poſſeſſio amittitur, nihilquè retinet Vaſallus. *L. fin. ff. pro derelict.* Proinde opus non eſt ſententia, qua privetur jure vel poſſeſſione. Et ita verba Conſtitutionis in *cap. 1. §. callidis.* feudum amittat, & ad dominum liberè revertatur. *de prohib. feudum. alien. per Frideric. 2. F.55.* in

telligenda eſſe monent Ferrar. Montan. Duar. & Oldendorp. ſupra citatis locis. Si verò emtor eſſet in poſſeſſione, tunc emtori auferre poſſeſſionem propria autoritate Domino non licet, quoniam daretur anſa rixis ac bellis. *L. ſi cujus 13. §. 3. ff. de uſufr.* Et quia emtor non habet à Domino cauſam *l. 1. §. neceſſario 2. ff. ſi vent. nom. mul. in poſſeſ. miß. l. atq. in natura, 19. §. cum me abſente 3. ff. de negot. geſt.* bonum & æquum eſt in hoc caſu agi adverſus poſſeſſorem, ut reſtituat apertum feudum. text. *in c. 1. de controverſ. int. dom. & emt. feud. 2. F. 42.* Propterea item agendum eſt adverſus emtorem, ut ipſe quoque legitimum habeat regreſſum adverſus venditorem de evictione. *l. 1. ff. de evi̇ction.* Quæ rationes ceſſant in aliis cauſis, ob quas amittitur feudum. Quamquam enim Vaſallus admittit ingratitudinem contra Dominum, propter quam gravius delinquere cenſetur, quàm ſi alienaret *c. 1. ſi Vaſal. feud prin. 2. F. 31.* Tamen feudum & poſſeſſionem ejus à ſe non transfert. *c. 1. de feud. ſin. culp. non amit.* Igitur opus tum adverſus Vaſallum ſententia. *c. 1. quo temp. inveſt. pet. deb. F. 22.* Fallit ſecundò ſuperior concluſio juxta quorundam opinionẽ, ſi Vaſallus intra annum 7
& diem non petierit inveſtituram, quo caſu volunt Vaſallum privari feudo ipſo jure. Jacobin. *in ſua inveſtit. verb. quidem inveſtiti, num. 42. cujus ſententiam amplecti videtur* H. Hartm. *tit.*

54.*obſ.24.nu.*1. Obrecht. *de feud.c.4.n.88.per c.1. ibi. amittit, quæ fuit prim.cau.benef.amit.2.F.24.* ubi textus loquitur per verba præſentis temporis dum dicit (amittit) & ſcimus quãdo lex loquitur per verba præſentis tẽporis vel etiã præteriti, quod tũc inducat privationẽ ipſo jure. *gl. in l. jubemus.14.§ Oeconomis.C.de SS. Eccleſ. et gl. in l. criminali C. de jurisdi. & in. c. ſi diligẽti de for. cõpet.* Pro qua limitatione facit, quod in hoc caſu eſt dies & pœna, dies autẽ interpellat pro homine vulg. *l. magnũ. C. de cont. & com. ſtip.* & ubi eſt dies & pœna, nõ eſt loc⁹ purgationi moræ. *l. trajectitiæ 23. §. de illo. ff. de obligat. & Action.* Quam tamẽ limitationẽ alii rectè improbãt volentes quod hoc caſu Vaſallus nõ privetur feudo ipſo jure, ſed requiratur ſententia privativa. Clar. *§. feudum. quæſt.49 num 6.* ubi commune ait, per *cap. Imperialẽ. §. præterea ſi quis infeudatus. de prohib. feud. alie. per Frid.* Pet. de Greg. *de conceſſ. feud. part.8. quæſt.16. n. 2. tit. de jur. renovat.* Ad idẽ adducitur text. *in c.1. a prin. quæ fuit princ. cauſ. benef. amit. 2 F 24.* ubi textus vtitur verbo, (carebit) quod eſt futuri temporis, quando autem lex loquitur per verba futuri temporis, nõ importat ipſo jure privationẽ, ſed requiritur ſententia privativa. Ad idem facit doctrina generalis, qua traditur, quod Vaſallus nõ debeat privari feudo, niſi cõvincatur juſtis de cauſis & culpis. *c.1, de feud. ſin. culp non amit. 2 F 21.* Vaſallus verò non petendo inveſtituram intra

annum & diem potuit habere aliquam juſtam excuſationem *d cap.1. quo temp. mil. inveſt. pet. deb* ubi enumerantur multę cauſę,quib. excuſatur Vaſallus,quare nō petierit intra ſtatutū tempus inveſtiturā. † III. Fallit,ſi inter Dominum 7
& Vaſallum ita conveniſſet, quod is ex felonia commiſſa,ipſo jure privaretur. Forcat. *dial. 96. num. 9.* Zas. *de feud. part. 10. n. 72.* IV. † Fal- 8
lit, ſi feudum generatione deficiente, vel tempore ad quod datum fuit, vel inhabilitate perſonæ vel crimine læſæ majeſtatis aut hæreſeos finiatur, Curt. *de feud. part. 4. num. 155.* Animadvertendum tamen eſt, hiſce omnibus caſibus adhuc opus eſſe ſententia declaratoria, ſicut in omni re,quæ perimitur ipſo jure *c. cum ſecundum. de hæret. in 6.* nec licebit propria autoritate feudum invadere invito Vaſallo. Obrecht. *d. cap. 4. num.* 88. Duar. *de feud. cap. 14 num. 5.* Zas. *d. part. 10. num. 73.* Mynſinger. *6. obſer. 77. num. 2.* Gabriel. Roman. *com. concluſ. tit. de malefic. concluſ.* 11. *num. 9. & fin.* Ita communiter ab omnibus Dd. receptum eſſe atteſtatur. Hart. Piſtor. *quæſt. civil. 35. num. 6.* † Te 9
nendum quoque eſt,quod ubicunque lex dicit, aliquam rem ad dominū reverti ipſo jure propter aliquod delictum, tamen ſemper hoc ita demū procedere intelligatur,ſi dominus voluerit,& voluntatē ſuā, rem incidiſſe in cōmiſſum declaret,& quod hæc apud judicē petat. Mynſ.

*d. obſ.*

*d.obſer.77.num.2.& cent.3.obſer.65.num.3.* benè Jacobin.de S.Georg. *in verb.qui quidem inveſtiti.num.42.mihi fol.386.* ubi addit effectum illorum verborũ: Si dominus velit. Hinc Grammaticus,quem allegat Mynſ. *d.obſ.77.num.3* & Gail. *in d.obſer.51.num.6.& in lib.2.de pac.publ. cap.3.nu.9.* dicit omnia jura mundi diſponentia pro aliquo crimine ipſo jure pœnã imponi, intelligẽda eſſe,dummodo ſecuta fuerit ſententia declaratoria, qua declaretur crimẽ illud cõmiſſum fuiſſe,aliâs pœnã nõ poſſe habere executionem ſeu effectũ ſuum. per tex. *in d.c.cum ſecundum.de hæret.in 6.* ubi dicitur, quod licet bona hæreticorum ipſo jure in commiſſum cadant, tamen ſententia declaratoria præcedere debet. *l.ejus qui delatorem.29.ff.de jur.fiſci.* Bernhard. Wurmbſ. *pract.obſerv.tit.50.obſervat.3.* vide Jacobin. de S.Georg. *in verb. Et dicti Vaſalli pro dictis,num.35.* Hartm. *d.obſ.24.num.2.*

## CAP. LXXII.

## FRUCTUS FEUDORUM FEUdo amiſſo ad quem pertineant.

Summaria.

1 *Vaſallus ſi ob culpam feudum amittat,fructus omnes pertinẽt ad eum, cui feu-dum apertum eſt.*

2 *Vaſallo ante Calendas Martii mortuo, omnes fructus ad Dominum pertinẽt:eo verò poſt Calendas*

*Calendas Martii mortuo, fructus ad heredes illius pertinent. juxta communem.*

3 *Quæ ſit ratio diſtinctionis.*

4 *Concluſio noſtra intelligitur de fructibus pendentibus.*

5 *Diviſio fructuum de jure civili remiſſivè.*

6 *Feudo morte Vaſalli ad Agnatos devoluto, fructus feudi ad quem pertineant.*

7 *Prima opinio.*

*Hujus ratio. num. 8.*

9 *Alia opinio, quæ recipitur.*

10 *Filii ſuccedentes in feudo unâ cum filiabus fructus à defuncto relictos percipiunt.*

11 *Perſona eadem, in qua plura jura concurrunt, plurium vicem ſuſtinet.*

12 *Diſtinctio an infra vel poſt Martium Vaſallus decedat, de jure Saxon. non attenditur.*

FRuctus Feudorũ feudo amiſſo ad quẽ pertineant, elegans ac quotidiana eſt quæſtio? Et ſiquidem culpa feudum amittitur, & omnes fructus à tempore offenſionis factæ, & multò magis à tempore ſententiæ ei cui apertum eſt feudum, à Vaſallo reſtituentur. *arg. l. ejus qui 29. à princip. ff. de jur. fiſc. l. qui ſcit. 25. §. fin. ff. de uſur. l. bonæ fidei 48. ff. de acquir. rer. dom.* Borch. *de feud. ca. 7. mod. 2. nu. fin. verſ. ſanè.* Obrecht. *de feud. cap. 4. num. 92.* Hartman. Piſtor. *quæſt. civ. 24. num. 53.* Zas. *in Epit. feud. part. 10. nu. 74.* ubi reddit rationem hanc, quia his caſibus Do-

minus

minus vel agnati recipiunt, quod ſuum eſt, meritò cum fructibus recipient. arg. *l. videamus 2. §. fin. ff. de uſur.* quod dicit Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. in verb. dictiq; Vaſalli promiſerunt. num. 53. verſ. addo vobis. fol. mihi 538.* perpetuâ notâ eſſe dignum. alleg. Guil. de Cun. & Paul. de Caſtr. *in l. 1. C. de his quib. ut indign. v. Covarr. de Sponſal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 8.*

2 † Si verò feudum ob generationem ceſſantem deficiat & ad dominum revertatur, ita diſtinguitur; ut omnes fructus ſint Domini Vaſallo mortuo à mēſe Septembri incluſivè ad 1. menſis Martii anni ſequentis: Sin verò poſt 1. Martii, hoc eſt, uſq; ad menſem Auguſtum mortuus, omnes fructus ejus anni obtinebunt ipſius Vaſalli heredes. Text. eſt *in c. 1. §. his cōſequenter. hic fin. lex & incip. conſuet. 2. F. 28.* Hanc opinionem in terris imperii obſervari atteſtatur Weſembec. *in π. ff. ſol. matrim. nu. fin.* & eam eſſe veriorem ac communiorem dicit Obrecht. modò citato loco, quam ſequitur Pet. de Ferrar. *form. libel. ad revocat. feud. verb. nec ſuperſtitibus. num. 16. Zas. d. part. 10. nu. 109.* Wurmbſ. *tit. 51. obſ. 22.* Borch. *d. cap. 7. mod. 2. num. fin.* & alii complures quos citat Piſtor. *in d. qu. 24. nu. 43.*

3 quem ibi *num. 47.* vide. † Rationem hujus placiti feudalis dari non poſſe aſſerit Baro à Tautemb. *in d. §. his conſequenter. nu. 1.* Quid enim

ait,

ait, probabilis cauſæ in medium afferas, quod aut Martii, aut Auguſti exortus percipiendis fructibus, hoc modo (ut in textu) legem præſcribat?, Et licet Dominus Schenck ſentiat, nullā rationem inveniri poſſe, eam tamen eſſe hanc putat Franciſc. Sonsb. *de feu. part. 10. n. 10.* quia in Martio ſemina projici in terram plerumq; incipiũt, & fructus pullulaſcere & naſci, ſi qui antè ſati ſunt, cujus ratione ſtatim Vaſallꝰ ſibi jus acquiret ad ſeptembrem quaſi ſemel ereptum deberi. Et quod ad ſeptembrē uſq; obtineat, ideò videri poteſt, quod cũ ferè fructus hactenus nati, jam collecti ſunt: quod tamen nõ obtineret in vinis & olivis, quæ Menſe ſeptembri vix tum aliquãdo maturuere. ſed et his quoq; hęredes ſuccedere putat idem Sonsbeccius excluſo domino vel agnato, etiamſi Vaſallus moreretur in Septembri propter eandem rationem. Eſſet enim iniquum, quod Vaſallus, qui hactenus expenſas fecit excluderetur, vel ejus heredes à Domino vel agnatis, Zas. *d. part. 10. n. fin.* Cui non adverſatur textus *in d. §. his conſequenter*, qui ait, poſt mēſem Auguſtum fructus ad Dominum pertinere. Quoniam loquitur de Menſe Auguſto ſequentis anni, nec alia ratione poteſt intelligi, cũ annus in hac materia, ut probabiliter. Alvar. *in d. §. his conſequenter.* animadvertit, à Septembre incipiat, ut in quo prædium feudale conſeri & co-

& coli ſoleat. Obrecht. *d. ca. 4. num. 92.* confer H. Hart. Piſtor. *in d. quæſt. 24. nu. 46.* Sed quid ſi Vaſallus ante Martium in hyeme ſeminaſſet, ut ferè fit, & ante Martium decederet, annè jam dominus fructus lucrifaciet? excluſis heredibus Vaſalli? Reſpondet Sonsbec, *d. c. 10, num. 12.* quod ſic: ſed jam Dominus reſtituet heredibus Vaſalli impenſas factas à Vaſallo in ſerendo. Nõ deſunt qui à ſuperiori diſtinctione recedũt, dicentes quocunq; tempore anni Vaſallum decedere, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere, quos allegat Piſtor. *d. qu. 24. num. 40*
4 *& ſeq.* ſed minùs rectè, † Eſt autem iſta concluſio noſtra intelligẽda, ut cõplectatur omnes fructus pendẽtes, qui à re feudali nondum ſunt ademti, Etenim ſi ſeparati ſint, allodialibus cõnumerãtur & cum re feudali nihil cõmune habent. *c. 1. an agn. vel fil. 2. F. 45. L. fin. ff de requir. reis.* ita quoq; ad heredes omnes pertinent tàm fœminas quàm maſculos. Zas. *d. part. 10. nu. fin.* Wurmbſ. *tit. 51, obſer. 22.* Obrecht. *de feud. c. 4. num. 92* Joan Ferrar. *de feud. lib. 2. c 3.* Cõmune ait Hart. Piſtor. *qui civ. 24, num. 38.* Vnde etiam filiæ unà cum filiis ſuccedunt patri in fructibus perceptis & ſeparatis à bonis feudalib. Schneid.
5 *de feud. part. 2, nu. 33.* † De jure civili Roman. in fructib. in dote fit alia diviſio, *L. de diviſione. 5. & l. fructus 7. §. divortio. ff. ſolut. matrim.* & ibi Weſemb, *num. fin.* & alia in legatis annuis, ut *l. ſi in ſingu-*

*ſingulos.4.ff.de annu.leg.* & alia in uſufructu *L, defuncta.58.ff.de uſufru.* vide elegãter Piſtor. *d. qu.civil.24.* Sed quid dicendum erit de fructi- 6
bus,cũ feudum morte Vaſalli ad agnatos transeat? † Et in hac quæſtione exiſtimant quidã, 7
fructus ultimi anni eſſe pro rata dividundos inter Vaſalli heredes allodiales & agnatos ſucceſſores feudi ſecundã tempus,quo Vaſallus vixit. Cuman, *in L. divortio.& ibi Alexand.n.3. ff.ſol.matrim.* Joachim.Beuſt. *tract. de matrim. part.3.ca.11.* Weſemb. *de feud.part.9.n.5.in.π.ff. ſolut.matrim.in fin*,ubi ait,ita ſæpius judicatum fuiſſe.Ferrar,Montan. *lib.2. Feud.cap.3.* † Quia 8
is caſus, utpote omiſſus juri communi relictus cenſetur. Jure autem communi conſtitutum eſt, ut fructus pro rata temporis eo anno, quo maritus functus eſt vitâ inter heredes ejus & uxorem dividantur. *L.divortio.7.ff.ſolut. matrim.* Ergò idem in fructibus feudi, cũ in jure feudorum aliter expreſsè nõ reperiatur,Ad textũ *in d. §.his conſequẽter*,qui huic opinioni adverſari videtur,reſpondent,eũ loqui de feudo ad dominũ devoluto, nõ autem ad agnatos.† Nobis placet 9
opinio eorũ, qui arbitrantur diviſionẽ fructuũ, quę continetur *in d.§.his conſequenter* ſervandã eſſe,non ſolùm eo caſu quo vaſallo vitâ functo feudũ ad dominũ revertitur, q caſus ibi expreſſus eſt, verùm etiam cũ feudũ ad agnatos devolutũ ſit, Ratio enim eſt eadem in utroq; caſu,&

idẽ indicat text. in *c.1.an agn.vel fil.2.F.45.* Garſ. Maſtrill. *in addit.ad Pet.de Greg.de conceſſ.feud.part.8.quæſt.16.vel pro cujus.* Fachin. *lib.7.contr.c.97.* Schneid. *de feu.part.2.n.33.* Sonsb. *de feud.part.10.n.10.* Borch. *tract.feu.ca.7.mod.2.in f.* Gẽmel. *in compend.feud.part.10.in fine.* Hãc poſteriorẽ opinionẽ Interpr. cõmuni calculo probatam in & Saxonia receptã eſſe dicit Hart. Piſtor.
10 *in d.qu.24.n.50.* † Eadẽ diſtinctio obſervãda eſt, quando de fructibus feudorum controverſia eſt inter filios & filias defuncti. Schneid. & Borch. *dd.locis.* Ita tamen ut filii etiam ad fructus quod attinet, quaten⁹ ſunt heredes patris, unà cum filiabus in portionem vocentur, neq; ſanè injuria, cum filii nõ ſolùm ſint ſucceſſores in feudo, ſed & ſimul heredes, atq; adeò duplicem perſonam
11 ſuſtineant. † Nam regulariter quotieſcũq; plura jura in una & eadẽ perſona cõcurrũt, tum illa diverſis reſpectib. pluriũ perſonarũ vicem gerit. *§.ſi tutor.4.Inſt.de inoffic.teſtam.l.tutorem.22.ff.de his quæ ut indig.aufer.l.cũ quædam.l.de admin.tut.* Piſtor. *d.q.24.num.52.* †De jure Saxo-
12 nico non attenditur iſta diſtinctio, an infra vel poſt Martium Vaſallus decedat: denn was die Ege beſtrichen hat / das ſolget dem Erbe. *art.58.lib.2.* Ideò ſtatim filia unà cum fratribus ad ſucceſſionem fructuum etiam pendentium & immaturorũ admittitur. Weſemb. *de feud.c.9.n.5.* Schneid. *d.part.2.n.34.* Hart. Piſtor. *d.qu.civil.24.num.73.*

CAP.

## Cap. LXXIII.

## UTRUM DE BONIS FEUDALIbus Laudemium Domino perſolvi debeat.

Summaria.

1 *Ratio dubitandi.*
2 *Deciſio.*
3 *Inveſtituræ gratis fiant.*
4 *De cõſuetudine juxta feudiſtas ſolvitur Laudemium Domino de bonis feudalibus.*
5 *An Laudemium pro ſingulis caſibus petendæ inveſtituræ ſolvendum.*
6 *Relevium quid ſit.*

QUotidiana eſt quæſtio! An præter oblationẽ fidelitatis Vaſall⁹ Domino etiã Laudemiũ ſive releviũ, quod vulgò dicitur, Lehẽwahr oder ergötzung offerre aut perſolvere teneatur? † 1
Et dicẽdũ videtur quod ſic, exemplo ej⁹, quod dicim⁹ in cõtractu Emphyteutico, in quo ſolvitur Laudemiũ Domino. *L. fin. §. & ne avaritia. C. de jur. Emphyt.* Emphyteuta enim, q vulgò appellatur ein Zinßman/ quando emit bonũ Emphyteuticũ, tenetur Domino ſolvere quinquageſimã partem precii vel æſtimationis rei Emphyteuticæ, den fünfftzigſtẽ pfeñing deß kauffgelts. *d. l. fin. §. & ne avarit.* & ibi Joan. Sichard. Ferrar. Montan. *in collect. Feud. lib. 5. c. 4.* Borch. *de feud. cap. 3. n. 39.* Joan. Garſ. *tract. de expenſ. & meliorat.*

*c.13.n.5.* Pet. Frider. *de mand. lib. 2. cap 67. nu. 26*
2 † Contrarium tamen cõmuniter per Doctores cõcluditur, videlicet, quod regulariter ex natura feudi nullũ laudemiũ Domino à Vaſallo perſolvi debeat. Vaſall⁹ enim nihil amplius debet, q̃ ad quod tenetur jurejurando *c.1. de nov. form. fidel. 2. F. 7.* Et ideò, ſi mortuo patre filius petat renovationem inveſtituræ, nõ tenetur perſolvere Laudemium Domino, niſi peculiari ſtatuto vel
3 cõſuetudine locĩ, aliud fuerit receptũ. † Inveſtituræ ſiquidẽ gratis fieri debẽt. text. *in c. 1. verſ. & omnes in lib. de pac. Conſtant.* Bald. *in c. quæ in Eccleſiar. de conſtit.* Jacob. de S. Georg. *in verb. qui quidem inveſtiti n. 58.* Boer. *deciſ. 262. nu. 12. & ſeq.* Guid. Pap. *quæſt. 415.* Hottom. *in lex. feud. verb. Relevium.* Hartm. Piſtor. *quæſt. civil. 50. num. 61.* Pet. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.*
4 *8. quæſt. 16. verſ. ſextum. num. 5.* † Dicunt tamen Feudiſtæ, ſecundum tradita Schneid. *partit. 5. Feud. n. 61.* de conſuetudine introductũ eſſe, daß man von Ritterlehen güttern Lehenwahr gibt/ zur widergab vñ wider erkandtnuß der Gaben vñ wolthaten/ ſo der Herr mit der belehnung dem Lehenmann beweiſet. Duar. *de feud. cap. 13. n. fin.* Petr. de Gregor. *in d. tract. part. 8. qu. 16. verſ. ſextum.* Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 75.* Frider. *d. c. 67. n. 28.* Eſt enim vaſallus obligatus ad antidora, juxta *l. ſed etſi lege. 25. §. conſuluit. 11. ff. de petit. hered.* Et dicunt Matth. de Afflict. *in c. 1. §. ſed & res. quid*

*ſit*

*ſit inveſt.n.39.* & Petr. de Gregor. *d.verſ.ſextum. num. 7.* quod illud relevium non ſit quinquageſima ejus, quod valet feudum, ſed medietas fructuum, qui uno anno de feudo percipiũtur. Sed talem cõſuetudinem in Saxonia nõ obſervari ſcribit, idẽ Schneideuuinus. Allein daß man auß der Cantzley die Lehenbrieff löſen muß / vñ nit dem Herrn / Sondern der Cantzley etliche gulden gibt / welche man auch pfleget Lehenwahr zunem̃en.

† Quid vêrò juris, quando cõtingit plures caſus petẽdæ inveſtituræ evenire, an Laudemium pro ſingulis caſibus præſtandum ſit, an verò ſemel tantùm? Exiſtimat Dn. Hackelman. in *addit. ad Schneid. d. part. 5. lit. F.* cum ſub pœna privationis feudum debeat recognoſci, & omnia illa ſint præſtanda, quæ de conſuetudine introducta, in ſingulos caſus etiam Laudemium pro more uſitato eſſe præſtandum. Ita quibusdam in locis juxta Hackelmanni aſſertionem receptum eſt. *vid. Schrad. in com. Feud. part. 6. cap. 3. num. 26.* † Eſt autem Laudemium ſive relevium munus honorarium, quod novus Vaſallus Patrono introitus cauſa largitur, quaſi morte alterius vaſalli, vel ſi aliquo caſu feudum ceciderit vel apertum ſit. Veteres appellarunt introitum. *L. his verbis. 102. Alumno. 2. ibi*, & cum per ætatem licebit militiam illam cum introitu comparari volo. *ff. de legat. 3.* Gars. *d. cap. 13. num. 5.* P. de Gregor. *d. quæſt. 16. verſ. ſextum.*

Q 3

## CAP. LXXIV.

## SI VASALLUS OCCIDAT CONvaſallum, num feudum amittat.

Summaria.

1 *Ratio dubitandi.*
2 *Deciſio.*
*Deciſionis argumenta, num.* 3. 4. 5. 6.
7 *Vaſallus fratrem ſuum interficiens feudum perdit.*
8 *Reſpondetur dubio argumento.*

1 Controvertitur, ſi Vaſallus occiderit cõvaſallum, num feudo cadat? † Dubitandi ratio eſt, quod Vaſallus ſi occiderit fratrẽ Domini, quod plus eſſe videtur, nõ privetur feudo. *ar. an ill. qui interfec. fratr. dom. 2. F. 37.* Ergò nec feudo cadet, ſi convaſallũ occidat, quod minus eſſe videtur. *L. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo 3. ff. de inoffic. teſtam. L. cui pacto. 5. ff. de ſerv. export.*
2 *L. relegatorum 7. §. fin. ff. de interd. & releg.* † Hoc dubio tamen nõ obſtante vera eſt adfirmãtium opinio, quã tuentur Alvar. *in d. c. 1. an ill. qui interf. fratr. dom.* Ardiz. *in ſum. Feud. cap. 57.* Joan. Blanc. *in Epit. Feud. lib. 2. c. 1. n. 6.* Jacob. de S. Georg. *in ſua inveſt. verb. dicti q; Vaſalli promiſerũt, num. 20.* qui admonet hãc deciſionem benè notandam eſſe. Schurpf. *cent. 1. conſ. 43.* Weſemb. *de feud. part. 15. n. 5.* Roſenth. *c. 10. Feud. concl. 65. verſ. aut ſi convaſallo.* Obrecht. *de feud. c. 4. n. 61.*

Vult.

Vult. *1.Feud.c.11.n.36.* † Nitũtur iſti primò hoc 3
argumento,quia & miles ſi ſuum cõmilitonem occiderit,vel vulneraverit, officium & beneficium ſuæ militiæ amittit. *L. omne delictum.6.§. ſi quis cõmilitonẽ vulneraverit. 6. ff. de re milit.* † 4
Pro ſecũdo argumẽto adducitur, quod quædã fraternitas eſt inter Convaſallos,ut inter ſocios. *L. verũ eſt.. à princip. ibi: cũ ſocietas jus quodammodo fraternitatis in ſe habeat.* Unde dicendũ eſt idem,quod in fratre Vaſalli, quẽ ſi Vaſallus occidat,privabitur feudo,ut poſtea dicetur. † Fa- 5
cit tertio loco, quod beneficiũ datũ à Principe plurib.militibus uno decedente ſine herede ad cõmilitonem defertur. *l.1. C. ſi liber. Imper ſoc. ſin.hered.deceſ.lib.10.* † Denique accedit,quod 6
Vaſallus quodammodo videtur eſſe in familia Domini, & gratiâ Domini intelligitur fieri quod fit gratia clientum. *arg. l. ſi libertus. 89. ff. de furt. L. perſpiciendum. 11. §. furta. 1. ff. de pœn.* † Sic Vaſallus quoque amittit feudum, 7
ſi fratrem ſuum vel Nepotem ex fratre interimat, aut aliquẽ alium, ex quo dici poſſit parricida. *cap. 1. §. fin. qu. fuit prim. cauſ. benef. amit. cap. 1. §. Item ſi fratrem. quibus modis feud. amit. 1. F.5.c.1. à prin.an ill. qui interf. frat. dom.2. F.37.* ubi quod additur ad hoc ut totam hereditatẽ habeat,non hoc ſibi vult, quod fratris cædes nullo alio caſu juſta ſit cauſa amiſſionis feudi, ut ibi exiſtimat Hottomannus

*& in diſp.feud.41.verſ.duodecimam.* Sed quod ex eo ſolo,quod quis germanū etiam ſuum necaverit,feudo non ſit privandus,ſi oborta rixá, nō propoſito, ad manus ventum ſit, ac calore animi inconſulto cædes ſubſecuta. Aliâs enim ſi nefario, palamque improbo mentis conſilio non tātum homicidium, ſed etiam aliud quodcunque facinus Vaſallus commiſerit, feudum ei rectè auferetur: quod ſatis indicant verba ejus tit, vel aliam feloniam cōmiſerit,ut in curia amplius ſtare non poſſit,id eſt,ut abſq; ignominiæ & offendiculi nota ejus præſentiam curia domini ſuſtinere nequeat, ut hæc eleganter explicat Baro à Tautemberg. *in d. titul.37.* Sonsbec. *de feud. part.12.num.52.* Duar. *de feud. cap. 15. num.1.* Schneid. *in Epit. feud. part.8. cap.1. num.159.* Borch. *tract.feud. cap.8.nu.102.* Hinc ſi vaſallus interficit parentem vel liberos in infinitum,nulla facta diſtinctione ſexus, gradus, agnatos uſque ad quartum gradum,nurum, generum,ſocerum, novercam, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam, feudum amittit *L.1.ibi.gl.* Bart. *& Dd.ff.ad L. Pomp. de parricid. junctis. cc. illis jam allegatis.* Caſus tamen Vaſallum excuſabit. *L. Lege 4.§. cum quidam.1. L.in lege 7.ff. ad L. Cornel. de ſicar. l.1. l.eum qui.5. C.eod.* Jacob. Novell. *tract. ad defenſ.tit.homicid.quib.ex cauſis excuſ. n.89.* Sonsb. *d.part.12.n.54.* Harprecht. *tra.crim.tit.de injur.*

*injur. §.injuria.num.187.* † Ad allatam rationem 8
dubitandi reſpondetur, quod faciliùs excuſetur Vaſallus ob fratris Domini & cujuslibet extranei cædem, quam ob cædem quæ in parricidiũ incidit. confer Sonsbec. *d. part. 12. n. 54.*

## CAP. LXXV.

## NUM VASALLUS ANNUUM CENſum per triennium ſolvere ceſſans, feudo privandus ſit.

Summaria.

1 *Affirmantium opinio.*
*Illorum argumenta, num. 2. 3. 4. 5. & 6.*
6 *Tempus vel dies interpellat pro homine.*
7 *Negantium ſententia, ut verior & communis recipitur. num. 12.*
*Per rationem num. 8. 10. 11.*
9 *Vaſallus ſervitia non præſtat, niſi requiſitus fuerit à Domino.*
13 *Quando procedat concluſio noſtra.*
14 *Ceſſante cauſa impulſiva, non ceſſat effectus.*
15 *Diluuntur argumenta contraria & num. 16. 18 19. & 20.*
17 *In diſpoſitionibus id quod principale eſt attenditur.*

SCimus, quod feuda quædam ſint, pro quibus ex conventione, Domino annuus cenſus præſtari ſolet. Verùm num Vaſallus, qui ſingulis

annis Domino certum cẽſum præſtare tenetur, ſi ceſſet per trienniũ in ſolutione dicti canonis,
1 cadat à feudo, quæſtionis eſt non levis? † Et primò non deſunt, qui volunt, quod ſi Vaſallus per triennium ceſſaverit ſolvere canonem ex pacto promiſſum feudi nomine, rurſum feudum abſq; interpellatione amittat. Ita ſentit. Bald. in *c. quæ in Eccleſ. de conſt.* Innocent. & Joan. Andr. *in c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re jud. in 6.* Curt. *lib 4. F.*
2 Franciſ. Sonsb. *de feud. part. 12. n. 64.* † Hi pro ſua opinione adferunt text. *in c. 1. §. ſed non eſt alia. qu. fuit. prim. cau. benef. amit. 2. Feud. 24.* ubi text. generaliter indiſtinctè de præſtando ſervitio loquitur. Ergò tã de reali quàm perſonali ſervitio accipi poteſt. Generaliter enim & ſine diſtinctione accipienda ſunt. *L. de prec. 8. ff. de pub. in rem act. l fin. C. de dot. promiſſ. l. 1. §. quod autem. 3. ff.*
3 *de aleat. l. 1. §. & general. ff. de legat. præſt.* † Hanc opinionẽ ſecundò ſtabiliunt ex eo, quod ſi Vaſallus commiſerit erga dominum ingratitudinem aliquam, ex illis cauſis, ex quibus donator donationẽ revocare poteſt, amittat feudũ. *c. 1. §. prædictis modis. qu. fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.* Atqui donatio, ſi pacta non ſerventur, revocari poteſt. text. *in l. ult. C. de revoc. donat.* & ibi Tyraq. quandoquidem nihil tàm congruum eſt fidei humanæ, quàm ea quæ placuerunt inter partes ſervare *L. 1. ff. de pact.* contra verò

grave

grave eſt fidem fallere. *L. 1. ff. de conſtit. pecun.* † Tertiò ſimile jus conſtitutum reperitur in 4
Emphyteuſi. text. *in l. in Emphyteuticariis. 2. C. de jur. Emphyteut. in cap. potuit. de locat.* ubi Emphyteuta prædium ſuum Emphyteuticum ob Canonem intra trienniũ non ſolutum perdit. *L. quæro. 54. §. inter locatorem. 1. ff. locat.* Argumentum autem de Emphyteuſi ad feudum validum eſt. Jaſ. *in l. 1. C. de jur. Emphyt.* Marant. *in prax. part. 3. num. 87.* Unde cum quæſtio propoſita in jure Feudorum deciſa non extat, recurrendum eſt ad jus commune civile, juxta text. in *cap. 1. §. ſtrenuus, de feud. cogn. 2. F. 1.* & tunc quia jura communia, non tractant præciſè de feudis, recurrimus ad jura loquentia de Emphyteuſi, arguendo de ſimilibus ad ſimilia, arg. *l. non poſſunt 12. ff. de legib.* † Pro quarto argumento adfertur 5
textus in *c. ad Apoſtolicæ. v. poſſet enim. de ſent. & re judic.* ubi Papa Imperatorem Fridericum ob ceſſationem penſionis, quam Eccleſiæ Romanæ ſolvere prætermiſit, regno ſuo privat. † Facit 6
deniq; trita juris regula, quæ docet, Tempus vel diem in debito ſtatutum pro domino interpellare, &: ubi tempus ſive dies ad actum aliquẽ expediendũ præfinitus eſt, interpellationẽ hominis non requiri, vulg. *l. magnã C. de contrah. & commit. ſtip. L. in Emphyteutic. 2. C. de jur. Emphyt. c. potuit. de locat. in fine.* Anton. Gabr. Roman. *in tract. com. Opin. lib. 3. tit. de ſolut. concl. 9.*

† Pluri-

7 † Plurimi negativam defendunt ſententiam, quorum opinio verior eſt. Alvarot. in *cap. 1. ſ. ſed non eſt alia. quæ fuit prim. cau. benef amit.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſt. verb. & cum pacto quod dicti. num. 1.* Mart. Laud. *in c. 1. 1. Feud. 1. num. 19.* Jul. Clar. *recept. ſentent. ſ. feudum. quæſt. 51.* Piſ. Soac. *in prælud. Feud. cap. 40. n. 40.* Everh. *in Topic. legal. loc. ab Emphyt. ad feud. n. 2.* Borch. *cap. 3. n. 44. de feud.* Andr. Fachin. *lib.*
8 *7. controv. cap. 87.* † Horum argumenta ſunt. 1. Quia ex jure Feudorum non probatur, Vaſallũ ob non ſolventem penſionem feudo cadere. Et ergò recurrendum ad jus commune *cap. 1. ſ. ſtrenuus. de feud. cognit.* quod requirit interpellationem *l. mora. 32. ff. de uſur. l. Titia. 37. ſ. uſu-*
9 *ras. 1. ff. de legat. 2.* † Eodem modo & Vaſallus non tenetur præſtare domino ſervitia, niſi fuerit requiſitus vel interpellatus, etiamſi ſtaret per mille annos, *cap. 1. ſ. licet Vaſallus. ſi de feud. def. cont. fuer. int. dom. & agn. Vaſ. 2. F. 26. cap. 1. ſ.*
10 *adhæc, hîc finit lex. 2. F. 28.* † Adjuvat hanc opinionem, quod iſta cauſa ceſſationis in ſolvendo cenſu non eſt ſimilis cauſis expreſſis in jure Feudorum, ob quas feudum amittitur, vel illis major. At non omnis ingratitudo feudi amittendi eſt cauſa, ſed ea demũ, quæ gravior & atrocior eſt. *cap. 1. v. non enim ad hoc ſufficit. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23.* & ibi Baro à Tautenb. *num. 2.*
11 † Conſiderant quartò, quod contractus non reſcinditur

ſcinditur jam cõſummatus & perfectus ex eo, quod alter nõ adimpleat, ſed cogi poteſt ad implendum. *L. incivile. 12. C. de rei vendic. l. non idcircò. 12. C. de reſcind. vendit.* † Hanc opinionem 12
ut veriorem Præpoſ. *in prælud. Feud. n. 18.* communem ait Clarus *in d. quæſt. 51.* & Borch. *d. loco*, ſecundum quam conſuluiſſe collegiũ Mediolanenſe refert Jacobin. *d. verb. & cum pacto quod d. n. 1.* † Procedit verò hæc cõcluſio, quando do- 13
minus feudũ conceſſit Vaſallo propter ſervitia perſonalia principaliter, ac tanquã propter cauſam finalem. Pactũ verò de annua penſione pro feudo ſolvẽda, vel acceſſoriè, vel in cõſequentiã vel tanquã cauſa impulſiva inveſtituræ fuit adjectum. † Ceſſante verò cauſa impulſiva, regulariter non ceſſat effectus. *L. ſi cum 2. §. fin. ff. de* 14
*donat. l. ea conditione. 14. de reſcind. vend.* Everh. *in Topic. loc. à contrar. ſens. n. 18.* Secus quando feudum principaliter fuit conceſſum propter annuam penſionem, & ex ipſa cauſa tantum, tunc enim Vaſallum non ſolventem annuam penſionem feudo privari omnes volunt. Ad hoc enim, ut ceſſet aliqua diſpoſitio vel effectus diſpoſitionis, ſola principalis cauſa, non autem acceſſoria ſive ſecundaria conſideranda eſt. Jacobin. *d. lo. n. 2* Laud. *in c. 1. §. ſed non eſt alia, qui fuit. prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.* Schrad. *de feud. part. 9. cap. 6. n. 78.* Supereſt ut & ea, quæ 15
pro priori opinione ut contraria adducta fuere, dilua-

diluamus. Et 1. non adverſatur textus. *in c. 1. §. ſed non eſt alia. qu. fuit. prim. cau. benef. amit.* Nã loquitur de præſtatione ſervitii, propter quod beneficium datum fuerit, quod Vaſallus requiſitus præſtare recuſat. Juris enim eſt explorati, ad exhibenda feudi obſequia Vaſallũ à Domino requirendum eſſe, nec ultro ſervitium ei offerre teneri. *c. 1. §. licet Vaſ. ſi de feud. defunct. cont. fuer. int. dom. & agn. defunct. 2. F. 26.* vocari enim debet. *c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* Nuſquam verò in toto jure Feudorũ cenſus vel penſio ſervitiũ dicitur. Nec ſimplex negligentia Vaſalli punitur eo in loco feudi amiſſi-
16 one, ſed denegatio ac recuſatio ſervitii. † Ad alterum argumentum, quod fuit de revocatione donationis, quando pacta à donatario non ſervantur, reſpondet Dn. Fachin. quod pacta, quæ conceſſioni feudi adjiciuntur, in fidelitate conſiſtant, quam ſi non præſtat Vaſallus, meritò feudo privabitur. Sed pactum annui cenſus non eſt cauſa conceſſionis feudi, nec facit, ut videatur feudũ ſub modo quodam ſive conditione datũ & conceſſum, ſicut in donatione. Nã is cui donatur, nullum præſtare aliâs ſervitiũ fidelitatis tenetur. Ergo ſi pacta non obſervet, quibus ſe ſe obſtrinxit, revocatur donatio, benè H. Hart. *tit. 44. obſ. 1.* At Vaſallus dicet, ſe paratum eſſe ad ſervitia præſtanda, ſi fuerit à Domino requiſitus,
17 in qua re principaliter ejus obligatio & onus. † In omnibus verò diſpoſitionibus id quod prin-

cipaliter, non id quod in conſequentiam fit attenditur. *L. ſi quis nec cauſ. 4. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 1. § unde quærit Ofilius. ff. de exercit. act. l. 1. ff. de autor. tut.* † Minus obeſt. *d. l. in Emphyteut.* 18
*2. C. de jur. Emphyt. & Auth. qui rem. C. de SS. Eccleſ.* Quia illi textus procedunt in contractu Emphyteutico, non verò feudali. Et quamvis in Emphyteuſi cautum ſit, ut non ſolvens canonẽ per triennium jure ſuo cadat, vel per bienniũ ſi Eccleſiæ canon debeatur *c. potuit. de. loc.* tamen id cum pœnam contineat, extendi non debet ad feudum, *arg. c. ſtatut. de elect. lib. 6.* Et ita argumentũ de Emphyteuſi ad feud. hic fallit, quod & notat Everh. *in Topic. legal. loc. ab Emphyt. ad feud. n. 2.* † Nec impedit. *d. c. ad Apoſtolicæ.* Quia 19
ibi Imper. Frideric. feudo non privatus fuit ex ea ſola cauſa: quod non ſolvit canonem feudalem, ſed propter multas alias graviſſimas cauſas, quæ in text. *d. c. ad Apoſtolicæ.* enumerantur. † Quod 20
deniq; opponitur, diẽ & tempus interpellare pro homine eamq; interpellationẽ inſtar requiſitionis eſſe: id ad amiſſionẽ feudi plenè non ſufficit, maximè cũ amiſſio debeat declarari à Domino.

## Cap. LXXVI.

## REMISSIO OFFENSÆ AN FEUDI naturam mutet?

Summaria.

1 *Diſtinguunt Dd. cõmuniter, an culpa ante latã ſenten-*

*ſententiam vel poſt ſit remiſſa.*

2 *Prius membrum diſtinctionis ampliatur juxta quoſdam.*

3 *Rejicitur ampliatio.*

4 *Declaratur alterum membrum diſtinctionis.*

DOminum ſecularem feloniam commiſſam Vaſallo condonare poſſe extra controverſiam eſt. Si verò dominus Vaſallo commiſſam feloniam, propter quam feudo privari debeat, remiſerit, quæri ſolet, quem effectum ſortiatur ejuſmodi remiſſio? an nempe feudum apud Vaſallum relictum maneat antiquum, ſi-
1 cut prius erat, an verò fiat novum? † Et in hoc dubio communiter Feudiſtæ diſtinguunt: Aut Dominus Vaſallo remittit feloniam ante latam ſententiam, & remanet antiqua feudi natura, nec Vaſallus tenetur petere inveſtituram: Aut Vaſallus feudo privatus eſt, & dominus apprehendit corporalem poſſeſſionẽ feudi, & poſtea Dominus ipſi Vaſallo remittit feloniam eumquè inveſtit de feudo, quod erat antiquum, & hoc caſu feudum erit novum, *arg. L. Divus* 40. *& l. dotem* 35. *ff. de jur. dot. l. ab emtione* 58. *ff. de pact. gloſſ. in cap. Imperialem* §. *Inſuper. de prohibit. feud alien. per Frider. & ibi* Jacobin. de Belviſ. Jacobin. de S. Georg. *in verb. dictiq; Vaſalli promiſerunt. num.* 64. Martin. Laudens. *in tit. de Vaſall. decrep. ætat.* Tyraquel. *in repet. l. ſi un-*

*l. ſi unquam. verb. revertatur. nu.* 12. *C. de revoc. donat.* Zaſ. *vol.* 1. *conſ.* 22. *num.* 10. Schneidevv. *de feud. part.* 5. *num.* 29. Gemmel. *in comp Feud. part.* 10. *fol. mihi.* 123. † Prius membrum diſtin- 2
ctionis nonnulli ampliant, quamvis Vaſallus feud. jam ipſo jure cecidiſſet, cú non niſi volente domino Vaſallus beneficiũ amittat, & ideò novum feudũ cenſeri non debet. Tiraquel. *loco citato.* † Quam tamen ampliationem improbat 3
Baldus in *d. cap. Imperialem.* §. *inſuper.* Georg. Obrecht. *de feud. cap.* 4. *num.* 86. ſecundũ quos feudum ipſo jure amiſſum, ſi Dominus Vaſallo remiſerit culpam, efficitur novum. Moventur, quia ſi teſtamentum efficitur irritum per capitis diminutionem, deinde teſtator emancipatis confirmet, illud tamen agetur ex confirmante, non autem ex confirmato. *L. qui ex liberis.* 11. §. *Teſtamento* 2. *ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Jacobin. *d. num.* 64. † De poſteriori membro 4
memorię tene, illud verum eſſe in eo caſu, quando Vaſallus commiſit culpam propter quam feudum Domino apertum & acquiſitum eſt. Jul. Clar. §. *feudum. quæſt.* 8. *num.* 6. Schenck Baro à Tautenb. *in cap.* 1. *à princ. num.* 2. *ſi Vaſall. feud. priv.* Secus ſi Vaſallus in alium, quàm in dominum deliquerit, & feudo ceciderit, tunc ejus ſucceſſio defertur agnatis, quibus extantibus per domini conceſſionem præjudicari non poteſt, *cap.* 1. *de alienat. feud.* 2. *F.* 39. *cap.* 1. §. *è*

R

*contrario de inveſtit. de re alien. fact. 2. Feud. 8.*

## CAP. LXXVII.

## NUM VASALLUS ALIENANS FEUdum, ſi poſſeſſionem alienatam ſtatim recuperat, caducitatis pœnam evitet?

Summaria.

1 *Si Vaſallus feudum alienatum recuperârit, penes eum illud non remanet*

2 *Vaſallus ſi in continenti recuperat feudi alienati poſſeſſionem, an evitet pœnam?*

3 *Affirmativa opinio*

*Illius argumenta num. 4. 5. 6.*

7 *Nititur iſta opinio æquitate.*

*Declaratur à Barone, num. 8.*

9 *Alienationis verbum cum effectu accipiendum eſt.*

10 *In continenti quid dicatur.*

11 *Sententia eorum, qui volunt Vaſallum feudũ alienatum amittere, licet illud in continenti recuperet. approbatur.*

*Per rationem num. 12. 13. 14.*

*Hæc opinio communis eſt. num. 15.*

16 *Refelluntur argumenta contraria, num. 17. 18. 19.*

20 *Improbatur diſtinctio Baronis.*

Si Vaſal-

SI Vaſallus alienaverit feudum ſine conſenſu Domini, & poſtea illud recuperaverit, juris eſt aperti, quod pœnam privationis non evitet. Textus eſt *in c. 1. quid jur. ſi Vaſal. poſt alien. feud. recup 2. F. 44.* quia alienatione facta, feudum in commiſſum cecidit. Alvar. *in c. 1. à prin. quid jur. ſi Vaſal. poſt alien.* & quia feudum ipſo jure amittitur per illicitam alienationem, non poteſt hoc caſu purgari culpa, quippe quæ per dominij translationem ſecum executionem trahit, Arg. *l. qui ea mente 65. ff. de furt. L. Commiſſoriæ. 4. C. de pact. int. emt. & vend. l. qui ob rem. 35. ff. de condict. indeb.* Zaſ. *de feud. part. 10. num. 2.* † 2
Aſt num Vaſallus illicitè alienans feudum, ſi poſſeſſionẽ alienatam in continenti, vel modico prorſus temporis intervallo revocet & recuperet, caducitatis pœnam evitet, in ancipitem erupit diſputationem! † Aliqui volunt, Vaſallum, 3
ſi in continenti feudi alienati poſſeſſionem recuperaverit, jure ſuo non cadere. Ita Curt. *de feud. part. 4. num. 104. verſ. ſecundò limitatur.* Matth. Afflict. & Baro à Tautenb. *in d. cap. 1. à princ. 2. F. 44.* Zaſ. *d. part. 10. num. 4.* Georg. Obrecht. *de feud. cap. 4. num. 39.* † Arg. *L. qui poſ-* 4
*ſeſſionem 17. ff. de vi & vi arm.* ubi dicitur, qui poſſeſſionem vi ereptam, vi in ipſo congreſſu recuperat, in priſtinam cauſam reverti potius, quã vi poſſidere intelligendum eſſe, & arg. *L. divortium 3. ff. de divort. & repud.* ubi ſi brevi re-

verſa eſt uxor nec divertiſſe videtur, cum ea quę fiunt in continenti ineſſe videantur. *L. lecta. 40.*
5 *ff. ſi cert. pet.* † His optimè congruit. *cap. ſi quis presbyterorum 6. verſ.* niſi fortè & alienator, & qui acceperit celeri ſatisfactione ſibi proſpexerint. *de reb. Eccleſ. non alien. & cap. potuit. de locat. ibi:* niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſi-
6 bi conſulere ſtuduiſſet. † Deniq; pro hac opinione eſt argumentū in eo, qui rem alienat judicii mutandi cauſa, & poſtea recepit, perinde enim habetur, ac ſi non alienaſſet, & ſic actori ad intereſſe non tenetur. *L. ex hoc edicto. 8. §. ſi quis a-*
7 *lienavit. 4. ff. de alien. jud. mut. cau.* † Hanc opinionem æquitate niti teſtatur Andr. de Iſern. & poſt eum Alvar. *in d. tit. quid jur. ſi Vaſall. poſt*
8 *alien. feud. recup.* † Eamquè veram eſſe ait Baro à Tautenb. loco citato, ſi non animo præmeditato, ſed impetu quodam, vel calore iracundiæ talis alienatio fiat. *d. l. divortium. & l. quicquid calore. 48. ff. de reg. jur.* multò magis, ſi neceſſaria quapiam urgente cauſa *cap. quod non eſt. de Reg. jur. in 6.* & mox animo tranquillo, fervore & turbinibus defecato, neceſſitatevè propulſa pœnitentia ductus, feudum recuperet: Secus ſi ex contemtu aut dolo malo, ac de induſtria talis fieret alienatio, tunc ſemel commiſſum dolum poſteà non expiari recuperatione, nec pœnitentià Vaſallum nocentem eſſe deſinere ſcribit idem Baro per *l. 1. §. ſi rem 32. ff. depoſit.*

*d. l. qui*

*d.l.qui ea mente.ff.de furt.* † Hoc autem eſt per 9
nudam alienationem, ſi non ſequatur poſſeſſionis traditio, Vaſallum feudo non privari. juxta gloſſ.*in cap. 1. de prohib. feud alien. per. Lothar. 2.F.52.* & Alvar. *in d. tit. quid jur. ſi Vaſall. poſt alien.* Duar. *de feud. cap. 12. num. 6.* Propriè enim res alienata dicitur, quando ſecuta eſt realis traditio. *L. alienatum. 67. ff. de verb. ſignif.* Clar. *§. feudum. quæſt. 31. num. 3.* Jacobin. de S Georg. *in ſua inveſt. verb. & cum pacto. de non alienando. num. 4.* † In continenti autem quid dicatur, va- 10
riant Doctores, ut videre eſt apud Marant. *in ſpec. prax. diſp. 1. num. 27.* Onciac. *quæſt. jurisphil. 7. num. 7. & quæſt. 8. num. 1.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 4.* Coler. *in cap. cum venerabilis. num. 72. de exception.* Schuuan. *in proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 59. in fin.* Emer. à Rosb. *in proceſſ. tit. 41. num. 11.* Hoc in loco in continenti intelligit Baro à Tautenb. antequā ſcilicet Dominus jure ſuo uti incipiat, vel antequam res exemplo pernicioſa in publicum divulgetur. Arg *L. mancipior. 6 ff. de option. legat.* Exiſtimat Udalr. Zaſius. *d. part 10. n. 5.* & Jacob. Menoch. *de præſumt. lib 3. præſum. 124. n. 20. & lib. 2. arb. jud. quæſt. caſ. 12.* hoc totū ſcilicet, quando in cōtinenti recuperari dicatur judicis arbitrio committendum eſſe. arg. *l. 1 ff. de jur. deliber. l. ſi Curatoris 9. in fin. C. eod.* Hoc enim tempus, quod definitum non eſt certo jure, videtur relinqui debere arbitrio judicis. Duar. *de*

*feud. cap. 4. num. 9.* Sonsbec. *de feud part 9. num.*
11 *17.* † Alii concludunt, Vaſallum feudum ſine voluntate Domini alienatum amittere, quamvis in continenti illud recuperet. Clar. *d. quæſt. 31. num. 6.* Schrad. *de feud. part. 9. cap. 1. num. 17.* Roſenth. *in com. Feud. cap. 9. concl. 5.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 31.* Fachin. *7. controv. cap. 84.*
12 Vult. *1. Feud. cap.* 11 *num. 43.* Quorum opinionem de jure veriorem eſſe puto, Quia feudum inſcio Domino alienatum ipſo jure amittitur, & Domino applicatur, ſi illud ſit novum, *c. 1. à prin. 2. F. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. c. 1. quid. jur. ſi Vaſal. poſt alien. feud. 2. F. 44. & arg. c. 1. §. ex hoc. de feud fœm 2. F. 30.* & propterea Domino invito auferri nequit *L. id quod noſtrum. ff. de*
13 *reg. jur* † Et quia text. *in d. tit. 44.* non diſtinguit, an Vaſallus feudum alienatum in continenti vel ex intervallo revocârit, & recuperârit. Generaliter ergò & indiſtinctè prolata generaliter, ac ſine diſtinctione accipienda ſunt. *L. fin. §. veteri ff. de aur. & arg. leg. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtand. l. de precio.* 8. *ff. de public. in rem act.* Accurſ. *in L. 1. §. quod autem 3. ff. de aleator.* Everh. *in Topic. legal. loc. à ration. leg. ſtrict. n. 5.* Schrad.
14 *vol. 1. conſ. 5. n.* 11. † Tum deniquè quia in recuperatione feudi alienati in continenti & ex intervallo diverſa non reperitur ratio. Nam culpa ſemel commiſſa poſtea non expiatur recuperatione, ſive illa fiat in cõtinenti ſive ex intervallo.

Ubi

Ubi ergò eadem ratio, ibi idem jus quoquè ſta-
tui debet. *L. illud 32 ff. ad L. Aquil. L. fin. ff. ad L.*
*Falcid. l. 1. C. de interd. c. inter corporalia. 2. §. ſicut*
*autem. de translat. Epiſ.* † Hanc negativam ſen- 15
tentiam communiter ab interpretibus eſſe rece-
ptam tenet Clarus *d. quæſt. 31. n. 6.* † Cui non ad- 16
verſatur primò *d. l. qui poſſeſſionem,* Nam longè
diverſus caſus in illa lege extat, quia ibi ille, qui
poſſeſſionem vi ereptam in ipſo congreſſu reci-
pit, nihil peccat. Atqui Vaſallus illicitè facit,
quando alienat feudum abſq; conſenſu & licen-
tia Domini. † Nec obeſt *d. l. divortium.* Quia li- 17
cet juxta verba illius legis in propoſita noſtra
quæſtione res feudalis, quæ brevi recuperata eſt,
non videatur alienata, quia tamen culpa iam ſe-
mel commiſſa eſt, & feudum domino apertum,
jus domino quæſitum auferri nequit. † Ad *d. c.* 18
*presbyterorum* reſpondetur, ibi agi de pœnis, quæ
animã tangunt, non verò de pœna tẽporali. Mi-
tiùs autẽ agũt Canones, quàm leges, & mitiùs a-
gendũ in pœnis, quæ animã tangunt, quàm quæ
bona temporalia. Reſponſio *ad d. c. potuit.* facilis
eſt, Etenim ibi illa verba, niſi celeri ſatisfactione
pertinent ad moram commiſſam in ſolutione,
canonis Emphyteutici. † Ad argumentum ul- 19
timo loco pro confirmatione ſuperioris opi-
nionis adductum reſpondeo, quod in *dict. l.*
*ex hoc Edicto. §. ſi quis alienaverit. ff. de alien.*
*jud. mut. cauſ.* alienator rei judicii mutandi

cauſa ideò non teneatur, actori ad intereſſe, quoniam non efficitur durior adverſarii cauſa, poteſt enim poſſeſſorem convenire. Itaquè ra-
20 tio edicti penitus ceſſat. † Non etiam probo diſtinctionem Baronis à Tautenb. ſuperius allatam, quoniam Vaſallo omnis alienatio interdicta eſt ſive neceſſariâ quædam urgente causâ fiat ſive non. Plenum ſiquidem jus in re feudali non habet Vaſallus, & juſtum dominium penes concedentem remanet. *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Frideric.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſt. verb. & cum pacto. de non alienando. num. 14.* Wurmbſ. *tit. 51. obſ. 16.* Mynſ. *cent. 6. obſerv. 30.*

## CAP. LXXVIII.

### CONSUETUDINES FEUDORUM num æquè ligent perſonas Eccleſiaſticas, ac ſeculares.

Summaria.

1 *Conſuetudines Feudales Authenticæ ſunt.*
2 *Clericos coram judice ſeculari omninò conveniri non debere, nonnulli volunt.*
*Quia clericos coram judice Eccleſiaſtico conveniri debere, ſtatuit jus Canonic. num. 3.*
*Idq; & jus Divinum requirit. num. 5.*
*Et quia diſpoſitio generalis non extenditur ad id*

*ad id, quod de jure vel facto impoſſibile eſt. num. 6.*

4 *Dictio* (Omnino) *comprehendit omnẽ caſum.*

7 *Conſuetudines Feudorum juxta communem Dd. ſententiam obligant etiam perſonas Eccleſiaſticas. & num. 12.*

*Quia omnes, qui leges receperũt, legibus obligantur. num. 8.*

*Quia conſuetudo generalis tribuit juriſdictionem contra clericos, num. 9.*

*Quia leges Imperiales, quatenus Canonibus non adverſantur, ad Eccleſiaſticas perſonas ſe extendunt. num.* 10.

*Quia natura cauſæ trahit ad ſe perſonam. num. 11.*

13 *Reſpondetur argumentis contrariis.*

14 *Clerici qui ſint, & unde dicantur remiſſivè.*

CONſuetudines Feudorum eſſe Authenticas, ita ut in ſcholis doceri, & in judiciis ad deciſionem cauſarum allegari poſſint, communi Doctorum calculo & uſu receptũ eſt teſtimonio Roberti Marantæ in *Specul. aur. part. 3. n. 84.* Jul. Clari. *lib. 5. recept. ſent. §. feud. quæſt. 3.* & Joan Schneid. *in tract. feud. part.* 1. *n. 5.* Certum etenim eſt, jus Feudale moribus receptum non minus ſervandum eſſe, quàm jus ſcriptum. per text. in *l. de quibus. 32. & in l. diuturna 33. l. ſed & ea 35. ff. de legibus. cap. 1. à princip. de feud.* 1

*cognit.* nō minus in orbe Romano quàm Mediolani. Namquè in ſacro Rom. Imperio hoc jus Feudorum tacitè receptum & approbatum eſt ab Imperatoribus et Principibus. Quod vel ex eo maximè cōprobari videtur, quod Imperatores ipſi, quorū erat leges generales condere multis in locis hic addendo, ibi detrahēdo, hic rurſus ratificando eas conſuetudines feudales confirmarunt, approbaruntquè, ut paſſim in uſibus Feudorum hinc inde videre eſt, & luculenter oſtendit Franciſc Sonsbec. *in ſuo tract. feud. part.* 1. *n.* 22. Duar. *de feud. c.* 1. *n.* 5. Ferrar. Montan. *lib.* 1. *Feud. c.* 2. Soac. *in prælud. Feud. cap.* 1. Sed, an iſtæ Conſuetudines tam Eccleſiaſticas quàm ſeculares perſonas obligent, ita ut clerici in materia feudali ſub judice Laico à Domino Feudi conveniri poſſint, ſatis expeditum non
2 eſt? † Et quidem Andr. Barbat. *in c. cæterum de judic.* nullo modo admittere vult, ut clerici coram judice ſeculari conveniantur, & hoc, etiāſi Papa conſentiat. In cujus ſententiam inclinare videtur Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. in verb. & dicti vaſalli pro dictis rebus. n.* 3. qui ait, hanc opinionem in ſecreto juris eſſe verā, quāvis in judicando à contraria ut cōmuni opinione recedere non ſit tutum. Argumenta quib. iſta
3 opinio fulcitur ſunt hæc. 1. † Clerici ideò coram judice ſeculari conveniri non poſſunt, ſive criminaliter ſive civiliter cōveniantur *c. clericū.*

*11. q.*

*11. q. 1. auth.ſtatuimus.C.de Epiſc.& cler.*cum hoc tendat contra Canonica ſtatuta & jura publica, quibus privatorum pactis derogari non poteſt.*c. ſi diligenti. de for. compet. c.etſi cleric.de jud.c.Eccleſia S. Mariæ. de conſtitut. c.qualiter & quando. ibi,* quod omninò fieri prohibemus. *de jud.* ubi textus dicit, quod Canon prohibet omninò trahi clericum coram judice ſeculari.*L. jus publicũ 38. ff. de pact. L. nec ex Prætorio. 27. ff. de reg. jur.* Felin.*in cap. 2.de major.& obedient.* Everhard. *in Topic. loc.à mil.arm.mil.n.14.* † Et dictio (Omninò) eſt dictio præciſa, quæ importat idem, quod indiſtinctè & omni caſu.gl.& ibi Bart.*in l.ſi cum exceptione 14. §. quatenus.10. verb. omnimodo. ff. de eo quod met. cauſ.* Felin. *in cap.ex parte. circ. princ. de offic. deleg.* Everhard. *loc.à. nat. dict. tex. num. 2.* Imò multi aſſerunt, ne quidem Pontificem poſſe jurisdictioni judicis ſecularis ſe ſubmittere, adeò ut hoc commune adfirment Jaſon. & Decius in *l. eſt receptum. num. 3. ff. de juris dict. omn. judic.* Dec. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 64. de conſtitut.* Quod adeò verum eſt, etiamſi Clerici juramento conſentiant in judicem laicum. Weſemb. *in L. penult. n. 5. C. de pact.* Hoc enim privilegiũ non perſonæ, ſed univerſo ordini Clericali conceſſum eſt. Andr.Gail. *lib. 1. obſ.40.n. 7.* Joh.Gœdd. *ad l. itinere 3.n. 45.inf. ff. de verb. ſignif.* † Hanc opinionem adjuvat, quod & contra jus divinum eſt ac diſpoſitionẽ naturalẽ

4 and 5 (margin): see lines "Et dictio (Omni-" and "Hanc opinionem adjuvat, quod &".

quod

quòd clericus ſit ſubditus Laico. Matth. *cap.* 20. Marc. *c.* 10. Luc. *cap.* 22. ad Rom. *c.* 13. 1. Pet. *c.* 2. nemo autem poteſt tollere privilegium conceſſum clericis à Deo omnipotenti *d. c. Eccleſia S.*
6 *Mariæ.* † Tertiò pro hac opinione adfertur, quod verba generalia Legis vel ſtatuti nunquam adaptantur ad ea, quæ ſunt impoſſibilia ipſi ſtatuenti. *c. Tua.* 25. *de decim. c. à nobis*, & ibi Abb. *de ſent. excom. c.* 1. *de jurejur. L. ſi pater.* 12. *ff. quæ in fraud. cred. L. Lucius.* 21. *§. Imper. pen. ff. ad municipal.* Schrad. *vol.* 1. *conſ.* 4. *n.* 267. Ergo verba generalia, de quibus *in c. Imperial. §. præterea ſi inter. de prohi. feud. ali. per Frid.* 2. *F.* 55. non debent adaptari ad perſonas Eccleſiaſticas obtinentes feuda à ſecularibus Dominis, quia Lex civilis in ſpecie de perſonis Eccleſiaſticis diſponere non poteſt. *d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, juxta illud: Nolite tangere Chriſtos meos, id eſt clericos, vel
7 ſacerdotes. † Sed hiſce nô adverſantibus rectiſſimè Doctores communiter deciderunt, quod Clerici, poſtquã feuda à Laicis accipere conſueverunt, meritò ad jura illorum ſe obligaverint. Et ergò clerici habentes feuda à ſecularibus Dominis non minus corã judice Laico de re feudali conveniri poſſunt, ac alij Vaſalli, contra *c. ſi diligenti.* & ea, quæ ibi CC. not. *de for. compet.* Ita vult Alvar. in *c.* 1. *§. qui clericus. ſi de feud. defunc. cont. ſit. int. dom. & agnat. Vaſ. def.* 2. *F.* 26 Bald. *in c.* 1. *de controv. inveſt. apud. Par. term.* Innoc. *in c.*

*cæterum.*

*cæterum. de jud. & ibi* Panorm. ubi notabiliter dicit, quod quando per legem civilẽ attribuitur univerſaliter juriſdictio alicui certæ perſonæ prætextu certæ qualitatis, talis lex comprehendat clericos tàm activè quàm paſſivè, quibus cõpetit talis qualitas. Piſon. Soac. *in prælud. Feud. c. 3. n. 4.* Zaſ. *in prælud. Feud. n. 3. & part. 11. n. 7.* Mynſ. *cent. 1. obſ. 22. n. 5.* Sonsb. *d. part. 1. n. 26. & ſequ.* Borch. *de feud. c. 10. n. 21.* † Fundamenta i- 8
ſtorum ſunt ſequentia. I. Quia effectus Legum eſt, quod omnes, qui leges receperunt, legibus obligentur. Weſemb. *in π ff. de legib. n. 7.* Non ſolum autem laici, ſed etiam clerici hoc jus feudale approbarunt, ſeq; ſubjecerunt jurisdictioni Domini ſecularis, dũ feuda ab ipſo Domino tẽporali acceperint. Ita eſt *tit. in lib. 3. Secret. de F. & text. in cap. ex tranſmiſſa. de for. compet. & in c. cæterum. de judic.* ubi dicitur, clericum ratione feudi, quod recognoſcit à Laico, ſub jurisdictione ipſius Domini Laici eſſe. text. *in c. un. §. verũ quando de ſtat. reg. in 6.* ubi Abbatiſſa pro feudo, quod tenet Monaſteriũ à Principe ſeculari, præſtat juramentũ fidelitatis perſonaliter, ſi non poteſt præſtare per procuratorem. Quinimò & alia plura capitula juris Canonici reperiuntur, quæ habent deciſiones Feudales, ut paſſim videre licebit in *c. novit. de judic. c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. cap. cum aures. c. cum quibuſdam. de pœn.* cum ſimilib. † Pro confirmanda hac opinione 9
addu-

adducitur ſecundò, quod Conſuetudo generalis benè poteſt tribuere juriſdictionem contra clericos: ſecus ſi ſit conſuetudo ſpecialis per *c. Eccleſ. S. Mariæ. & c. quæ in Eccleſiarum. de conſt.*

10 † Prætereà notum eſt, quod Conſtitutiones vel Leges Imperiales, quatenus Canonibus nô contradicunt, nec Eccleſiaſticam libertatem infringunt, ad Clericos & Eccleſias vigorē ſuum extendant. *c.1. & ibi* Abb. *de nov. oper. nunc. c. Lege diſt. 10. c. ult. de ſecund. nup.* Hinc eleganter ſcribit Fernand. Vaſqu. *ill. contr. lib. 3. c. 102. in fine,* ſe ſemper tenuiſſe Leges civiles perſonas clericorū non ſecus, quàm Laicorū comprehendere, quaſi jus civile & Canonicū unum idemq; ſit in omnibus, præter ſpecialiter excepta.

11 † Deniq; hæc ſententia ex eo ſtabilitur, quod natura cauſæ trahat ad ſe perſonam, non perſona naturā cauſæ. Bald. *in d. tit. de contro. inv. ap. par. term.* Gail. *lib. 1. obſ. 37. n. 3.* Nam quando duæ cauſæ concurrunt, naturalis una, accidentalis altera, prævalet naturalis, ſi non alteretur ab accidentali, per text. *in l. qui habet. 3. à prin. ff. de tutel. & ibi* Bart. Cagnol. *in repetit. L. diffamari. nu. 9. C. de ingen. manum.* Nec eſt inconveniens, quod natura cauſæ trahat ad ſe perſonam, quia debet attendi id, quod principaliter agitur. *L. ſi quis nec cauſam. 4. ff. ſi cert. pet. L. ſi is qui 29. ff. de liber. legat.* & ideò *in Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ.* perſona attrahit rem, quia perſona principaliter conſideratur,

res

res autem acceſſoriè. Econtra Clerici in cenſibus & Tributis aliisq; muneribus patrimonialibus non habent privilegium fori, ſed poſſunt coram Laico conveniri, quia principaliter conſideratur res, acceſſoriè verò conſideratur perſona. Piſon. Soac. in *prælud. feud. cap. 3. n. 4.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 95.* † Hanc poſteriorem opinionẽ Dd. 12
eſſe veram teſtatur Curt. Jun. *de feud. part. 1. qu. 2 n. 2.* Sonsbec. *d. part. 1. n. 26.* qui *n. 27.* ſcribit, ſententiam Barbariæ eſſe erroneam, imò falſiſſimam eſſe ait idem Curtius. *d. qu. 2. n. 3.* atq; adeò hæc poſterior opinio communiter recepta eſt juxta Marant. *in pract. part. 3 n. 93.* Eman. Soarez. *theſaur. recept. ſent. lit. F n. 91.* & ita de conſuetudine ſervari notat Archidiacon. *in c. 1. de cleric. conjug. in 6.* Eamq; recepiſſe Parlamentũ Delphinale notavit Guid. Pap. *dec. 139. n. 1.* Imò & Mynſ. *cent. 1. obſ. 22. n. 2 & cent. 5. obſ. 93. n. 6.* atteſtatur, in Camera Imperiali decisũ fuiſſe, quod Clericus, quando adverſus eũ experitur actione reali, poſſit à Laico trahi ad judicem ſecularẽ. † Quæ huic 13
opinioni obſtare videntur, levia ſunt. Nam regulariter clericus coram judice Laico cõveniri nequit, ſed coram judice Eccleſiaſtico tàm à Laico quàm à Clerico conveniendus eſt per text. *in c. 1. & 2. & in c. ſi diligenti. in fin. de for. comp. c. decern. de jud.* Quæ regula hîc limitatur ratione rei feudalis, quã recognoſcit clericus à Laico, tũc enim Clericũ coram judice ſeculari conveniri poſſe

tàm

tàm ex jure Canonico, quàm jure civili & ſeudali antea ſatis ſuperquè probatum eſt. Nec eſt contra diſpoſitionem juris divini, quod clerici coram ſecularibus perſonis cõveniantur, ſed eſt præter jus divinum, nullibi enim in jure divino legitur, quod clerici non debeant eſſe obſtricti legibus civilibus, præſertim cum Evangelium non aboleat Politias, legesquè Politicas. † Clericorum nomine intelligo, Epiſcopum, Abbatẽ, Præpoſitum, Priorem, & quemvis Eccleſiæ alicujus Collegiatæ præfectũ *c 1. §. fin. de c. Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. feud. autem. de his qui feud. dar. poſſ. & tit. 6. F. lib. 1. Epiſc. Abbat. c. 1. à prin. qui ſucceſſ. feud. dar. tenean. 1. F.* 3. Jacob. de S. Georg. *verb. & promiſerunt. n. 16.* quibus comparantur Eccleſiarum Cathedralium Canonici, *c. cum tibi verb. ſign.* Duar. *lib. 1. c. 18. de benef. Eccleſ.* Unde verò dicantur clerici, habet text. in *c. clericus & in c. duo ſunt. 12. q. 1. & in can. cleros. diſt. 21.* Weſem. *in π. C. de piſc & cler. n. 3.* Borch. *de feud c. 5. n. 2.* Alciat. *lib. Par. cap. 22.*

14

## CAP LXXIX.

### UTRUM PRÆLATUS REM ECCLEſiaſticam infeudari ſolitam ſine conſenſu Capituli in feudum dare poſſit.

Summaria.

1 *Prælati Eccleſiarum propria ſua bona in feudum dant.*

*1 Res*

2 *Res Eccleſiæ ſolita infeudari à Prælato in feudum datur.*

3 *Num prælatus præter conſenſum Capituli res infeudari ſolitas in feudum concedere poſſit.*

*Negativa opinio, & ejus argumenta, n. 4.*

*Aſſirmativa defenditur, num. 14. & ſeqq.*

5 *Prælatus rem Eccleſiæ ſine debitis ſolennitatibus alienare nequit.*

*Declaratur num. 21.*

6 *Solennitates conſuetudo non tollit.*

7 *In actionibus concernentibus præjudicium Eccleſiæ, requiritur conſenſus Capituli. Reſtringitur num. 23.*

8 *Prælati Eccleſiarum ſunt ad inſtar Tutorum & num. 24.*

9 *Feudum eſt donatio.*

10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

11 *Prælati ſunt Procuratores rerum Eccleſiaſticarum.*

*Declaratur, num. 25.*

12 *Prælatus & Capitulum ſunt unum Corpus.*

13 *Intellectus cap. ex parte. de feud. ſecundum quoſdam.*

16 *Alius & verior.*

17 *Infeudatio rerum ſolitarum infeudari non eſt alienatio. & num. 22. 28.*

18 *A primordio tituli poſterior formatur eventus.*

19 *Prælatus in bonis diſtinctis plenam habet administrationem*
20 *De conſuetudine Germaniæ Prælatus ſolus rē infeudari ſolitam infeudat.*
27 *Ampliatio affirmativæ opinionis.*
*Limitationes, num. 31.*
29 *Decimæ Laicales ad Eccleſiam reverſæ iterū per Prælatum infeudari poſſunt.*
*Contra num. 30.*
31 *Archiepiſcopus Mediolanenſis feudum ſolitū infeudari non poteſt infeudare.*
32 *Pactum quod Prælatus cum Capitulo fecit, ſervandum eſt.*
33 *Grave eſt fidem fallere.*
34 *Prælatus ſine conſenſu Capituli rem infeudari ſolitam illis, qui ſunt majoris dignitatis in feudum dare nequit*
*Contra, num. 35.*
36 *Prælatus ſuo Capitulo rem ſolitam infeudari in feudum dare non debet.*
37 *Capitulum non moritur.*
38 *Prælatus nec civitati rem Eccleſiæ infeudare poteſt.*
39 *Prælatus in reinfeudatione non poteſt mutare antiquam feudi conſuetudinem.*
*Fallit, num. 42.*
40 *Conſuetudo eſt ſtricti juris*
41 *Prælatus Eccleſiæ conditionem deteriorem facere non poteſt.*

43 Præla-

43 *Prælati propter benè merita res Eccleſiæ alienare poßunt.*

44 *Reinfeudatio rerum ſolitarum infeudari eſt in Prælati arbitrio.*

45 *Id conſuetudo Germaniæ obſervat.*

46 *Res infeudari ſolita ſemel Eccleſiæ bonis incorporata, non habetur pro infeudari ſolita.*

47 *Quando res incorporata menſæ ſeu bonis Eccleſiæ dicatur.*

CErti atq; manifeſti juris eſt, † Prælatos Ec- 1
cleſiarum feuda dare poſſe, non modò de bonis ſuis propriis & patrimonialibus. Text. & ibi gloſſ. ac Dd. in *c. 1. à princ. de cleric. qui inveſt. fec. 2. F. 35. l. de his clericis. 3. C. de Epiſc. & cleric.* Jacob. de Ardiz. *in ſum. jur. Feud. c. 8.* Franciſ. Hottom. *in c. 1. verb. ſi verò, qui ſucceß. feud. dar. ten.* Duar. *in tr. feud. c. 6. n. 6.* Ziſ. *de feud. part. 5. num. 55.* † Sed & de bonis Eccleſiæ, quando illa 2
antiquitùs infeudari ſolita ſunt. Text. *in c. ad noſtram. 11. de reb. Eccleſ. alien. in c. 1. & 2. de feud. in c. 1. à. princ. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. in c. 1. à prin. Epiſc. vel Abbat. 1. F. 6. & in c. 1. qui ſucceß. feud. dar. ten. 1. F. 3.* Jacobin. de S Georg. *in ſua inveſtit. verb. in feud. n. 11.* Jul. Clar *§. feud. qu. 13. num. 1.* Matth. Weſem. *in tract. feud. c. 7 n. 5.*
† An verò Prælatus rem Eccleſiæ infeudari ſoli- 3
tam abſq; conſenſu Capituli in feudũ concedere

4 poſſit, variant Doctores? † Et primò ſunt, qui in hac quæſtione ſtatuunt, Prælatos Eccleſiarum bona Eccleſiæ infeudari ſolita, & ad Eccleſiã reverſa, abſq; conſenſu Capituli infeudare nõ poſſe. Abbas *in c. novit. n. 7. de his qu. fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. Capit.* Azo. *in ſum. C. de SS. Eccleſ. num. fin.* quos ut ſcribit Mynſing. *cent. 5. obſ. 47. num. 1.* ſequitur Decius *conſil. 131. n. 2. & conſil. 328.* Roman. *conſil. 22.* Alexand. *lib. 1. conſ. 80.* qui aſſerunt hanc opinionem eſſe communem, nec ab ea recedendum, & illam eſſe communẽ teſtatur quoq; Eman. Soar. *in theſaur. recept. ſent. lit. E. n. 20.* atque in puncto juris veriorẽ eſſe credit Schneid. *in ſuo tract. feud. part. 3. n. 28.* Hi ſequentib. potiſſimùm moventur rationibus. Pri-
5 mo † quod prælati Eccleſiarũ de rebus Eccleſiaſticis quicquã alienare, permutare aut immutare ſine Canonicis ſolennitatib. hoc eſt, ſine tractatu, conſenſu, ſigillatione, & ſubſcriptione Capitulari non valeant. Text. eſt *not. in c. ſine excep. 2. qu. 2. c. nulli de reb. Eccl. alie. c. 1. & c. 8. tua nuper. de his qu. fiunt à Præl. ſin. conſ. Cap.* Petr. de Ferrar. *form. libel. in act. real. verb. veris ac legitimis. n. 69.* Schneid. *in §. ſacræ. n. 3. Inſt. de rer. diviſ.* quod uſquè adeò verum eſt, ut non ſufficiat tacitus conſenſus Capit. ſed expreſſus neceſſarius ſit, præſertim ſi de re magni momenti & perpetua rerũ alienatione agatur. *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & ibi gl. in verb. perpetuis.* Panorm. *in c. 1. de his*

qu. fiunt

*qu.fiunt à Præl.ſin. conſ. Cap.* Id ad feudales conceſſiones Dd.quosdã etiam traducere refert Zaſ. *in d.part. 5.n. 47.* licet res conſueta ſit infeudari. *gl in c.1. §.hæc omnia. verb.in clericorum.ſi de inveſt.int.dom.& Vaſ.lis oriat.& in c.1.verb.Archiepiſcopus.qui ſucceſſ.feud.dar.ten.* † Secundò pro 6
ſe advocant, quod ſolennitates, quæ in alienatione rerum Eccleſiaſticarum exiguntur, adeò neceſſariæ ſunt, ut illas conſuetudo non poſſit antiquare, etſi eas poſſit augere, ut crebris exceptũ ſuffragiis ex Petr.de Benint.*deciſ.13.n.7.&* Roch. Curt. in *c.ult.quæſt.5.n.25.& ſequ.de conſuet.affirmat.* Scar. *in d.tract.lit. E.n. 20.* † Tertiò conſi- 7
derant, quod in omnib.actionib.concernentib. præjudiciũ Eccleſiæ requiratur conſenſus Capituli. per text.*in c.quanto.5.de his qu.fiunt à Præl. ſin. conſ.Capit.* qui vult, quod nedum in conceſſionibus, ſed & cõfirmationibus cõſenſus Cap. neceſſarius ſit. Ex quo dicendum videtur, infeudationẽ rei ſolitæ infeudari, quamvis à quibuſdã dicatur potius adminiſtratio ſeu veteris infeudationis continuatio, quàm alienatio, à ſolo prælato, non adhibito conſenſu Capituli, fieri nõ poſſe. † Quartò ſtabilitur iſta, opinio ex eo, quod
Prælati Eccleſiarũ ſint ad inſtar Tutorũ. Novel. 8
Juſtin. 131.*c.fin.de Eccleſi.tit.L.Orphanotrophos. 32.C.de Epiſ.& cler gl.* & Panorm.*in c.auditis.ſuper verb.minoris. de in integ.reſtit.* Felin.*in c. cum deputati de judic.* Dyn. *in c.locupletari 48.n.7.de*

reg. jur. in 6. Contard. in repetit. L. diffamari. part. 3. n. 52. C. de ingen. manum. Everh. in Topic. legal. loc. à pupill. ad Eccleſ. Atqui tutor nō ſolum feuda nova ex rebus pupillaribus dare prohibetur, verumetiā de feudis ad pupillum reverſis aliquē inveſtire abſq; decreto magiſtratus non poteſt, per rationem, quia prædia minorū ſine decreto judicis, & cauſæ cognitione alienari non poſſunt t. t. ff. de reb. cor. qui ſub tut. & tit. C. de præd. & a-
9 liis reb. minor. † Facit, quod feudum eſt donatio c. 1. §. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiſ. 1. F. 27. c. 1. §. imprimis. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. Weſem. de feud. c. 4. n. 7. quę nomine adminiſtrationis Tutoribus permiſſa non cenſetur. L. pactum. Curatoris 22. C. de pact. L. Lucius 46. §. fin. de admin. & peric. tut. cap. fraternitatem. de donation. Sicut ergò alienatio facta per Tutorē de re immobili pupilli ſine decreto judicis non valet in præjudicium pupilli: Ita etiam dicendū erit in Prælato Eccleſiarū res ſolitas infeudari alienante ſine ſolennitate requiſita à jure Canonico. Quod enim juris eſt in rebus minorū, idem obtinet in rebus Eccleſiarum, quæ tamen ſunt multò favorabiliores, cum ſemper ſint in ſtatu minoris c. 1. de in
10 integ. reſtit. † Quinto pro hac opinione facit etiā vulgata regula, quæ docet illud: Non entis nullę ſunt qualitates L. ſi ſervū. 4. § fin. ff. de act. emt. l. 1. ff. de her. vel act. vend. l. ejus qui. 41. §. ſicut. enim. ff. ſi cert. pet. Hart. Piſt. qu. feud. 31. n. fin. &: nemo alteri cedere, concedere, vel donare poteſt id,

quod ipſe non habet. *L. nemo plus juris. 54. & ibi* Dec. Cagn. & Sturc. *ff. de reg. jur. c. nemo. 79. &* ibi Dyn. *eod. in 6. l. tradit. 20. ff. de acq. rer. dom. c. nup. de don. int. vir. & uxor.* † Atqui Prælati non ſunt 11
Domini rerum Eccleſiaſticarũ, ſed tantũ nudi adminiſtratores, qui conditionem Eccleſiæ meliorem facere, nec quicquam de ea abſq; ſuis Canonicis alienare debent. *c. fraternitatem. de don. c. 1. de in integr. reſtit. c. fin. 12. q. 1.* Innocent. & alii *in c. cum ſup. de cauſ. poſſ. & propri.* Melch Cling. *in c. cum dilect. num. 13. de ordin. cognit.* Schurpff. *centur. 1. conſil. 48. n. 8.* Mynſ. *dec. 3. reſponſ. 30. n.*
18. † Sextò probatur hæc opinio ex eo, quod Prę- 12
latus & Capitulum ſint unum corpus, quod repreſentat Eccleſiam. *c. nov. de his qu. ſiunt à Præl. ſin. conſ. Capit.* Unde non decet Prælatum omiſſo cõſenſu capituli, cũ quo unum exiſtit corpus, rẽ aliquã Eccleſiæ ſibi commiſſæ infeudare, cũ id non ſit dubium & honeſtati ejus, & ſanctorum
patrũ inſtitutionibus contra ire. *d. c. novit.* † Quia 13
verò huic opinioni plurimũ adverſatur tex. *in c. ex parte. de feud.* qui docet Prælatum feudum ad Eccleſiam reverſum liberè, hoc eſt, abſq; conſenſu Capituli infeudare poſſe. Ideò ad illũ text. reſpondent, ibi Papam non ſimpliciter dicere: Prę latũ feudũ liberè infeudare poſſe, ſed ſub hac cõditione, ſi videat hoc expedire Cap. quæ verba importãt arbitriũ boni viri. *L. fideicõmiſ. liber. 23. in ſ. π. de fideic. libert.* in quo arbitrio debet etiã

verſari conſilium Capituli, quotieſcumquè e-
nim cognitio eſt neceſſaria, debet Prælatus &
Capit. conſenſum adhibere *d. c. novit. c. 1. de his*
14 *qu. fiunt à Prælat. ſin. conſ. Cap.* † Alii, quorū ſen-
tentia verior eſt, concludunt, Prælatū res Ec-
cleſiæ ſolitas infeudari, & ad Eccleſiam reverſas
etiam abſq; conſenſu Capituli in feudū conce-
dere, & quēlibet de iis inveſtire poſſe, dummo-
do talem eligat, qui Eccleſiæ tempore neceſſita-
tis utiliter inſervire valeat. Bart. *in auth. qui rem
C. de SS. Eccleſ.* Bald. *in c. 1. n. 3. & ibi quoq;.* Jaſo.
*n. 7. v. an autem prælatus ſolus. de his qui feud. dar.
poſ.* Felin. *in c. edoceri. de reſcrip. & in c. cum cauſ.
de ſent. & re judic.* Laud. *in cap. 1. n. 17. qui ſucceſ.
feud. dar. ten.* Clar. *§. feudum. qu. 13. num. 6* Han-
neton. 1. *Feud. cap. 5.* Gail. *lib. 2. obſ. 161. num. 3.*
Duar. *de benefic. Eccleſ. lib. 7. cap. 9.* Zaſ. *in Epit.
feud. part. 5. n. 47.* Sonsbec. *de feud. part. 6 num. 3.*
15 Schrad. *vol 1. conſ. 7. num.* 10. *& num.* 17. † Pro hac
ſententia primò adducitur textus *in c. 1. §. hæc o-
mnia. ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis. oriat. 1. F. 26.*
ex quo nō obſcura conjectatio depromi poteſt:
In inveſtitura Clericorum confratrū ſeu Capit.
conſenſum non eſſe neceſſarium. Equin. Bar. *i-
bid.* & textus eſt clarus *in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. 1.
F. 9.* (quem textum intelligendum eſſe de bonis
Eccleſiæ ſolitis infeudari monet Hart. Piſtor. *d.
quæſt. 27. num. 29. & num. 37.*) & *in cap. 1. à princ.
de his qui feud. dar. poſ. 1. F. 1* & ibi Matth. de
16 Afflict. *num.* 18. † Secundò benè confirmatur

hæc opinio quoq; jure Canonico. Textus eſt in *c. ex parte 2. de feud.* qui vult, Prelatum antiquum feudum ad Eccleſiã reverſum novo Vaſallo liberè, hoc eſt, abſq; conſilio Capituli concedere poſſe. Ita Curt. *de feud. part. 1. qu. 2. n 4.* Schneid. *in tract. feud. part. 3. num. 28.* Duar. *de feud. cap. 5. num. 5.* Weſemb. *de feud. cap. 7. num. 5.* † In hanc 17
ſententiam tertio loco præbet argumentum, quod infeudatio rerũ, quæ ſolitæ ſunt infeudari, non eſt nova infeudatio, ſed veteris cõtinuatio, cum enim res primùm infeudatæ ſint, interveniente juris Canonici ſolennitate: videntur non de novo in feudum dari, ſed executio potiùs veteris infeudationis, Text. *in c. 1. & ibi gl. in verb. à minore. per quos fiat inveſtit. 2. F. 3.* Iacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. qui quidem inveſtiti. num. 49.* Schrad. *vol. 1. conſil. 6. n. 78.* Zas. *vol. 2. conſil. 22. n. 3.* Baro à Tautemb. *ad prin. tit Epiſc. vel Abbat. 1. Feud. 6.* Duar. *de feud. d. cap. 5. num. 5.*
† Quartò huic ſententiæ ſuffragatur, quod dici 18
ſolet, à primordio tituli poſteriorem formari eventũ, Text. *in l. un. §. fin. C. de impon. luc. deſcrip. lib. 10.* ſiquidẽ omnia ad id referuntur, unde vim capiunt atq; originem. *L. in ratione 11. §. ſi filio. π. ad L. Falcid.* & cauſa prima ſemper intuenda eſt, & ſecunda cauſa operatur, quantum ſibi à prima influitur, & non ultra. *l. ſi quis domũ. 9. ff. locat. l. peto. 69. §. prædiũ. ff. de legat. 2.* Schrad. *vol. 1. conſil. 6. num. 82.* Gail. *1. obſerv. 19. num. 1.*

Stephan.de Phederis. *in tract.de legib.interp.fol.*
19 *mihi. 27.* Zas. *vol.3.cõſil.10.n.33.* † Quintò pro
iſta opinione facit, quod Prælatꝰ in bonis diſtin-
ctis à Capitulo plenã adminiſtrationẽ habeat,
remoto conſenſu & tractatu Capituli.text. *in c.*
*edoceri & ibi* Felin. *de reſcrip.* ita tamẽ ut in præ-
judicium Eccleſiæ nihil ſtatuatur, quorũ nomi-
ne activè & paſſivè coram judice ſeculari forũ
quoq; ſortitur. Fernand. Vaſqu. *Illuſt. cõtr. lib.3.*
*cap.105.num.*41. Andr. Geil. *lib.1.obſerv.37. & in*
20 *tract.de pac.publ.lib.1.c.8.* † Et hanc poſteriorẽ
opinionẽ ut cõmuniter à Doctoribus approba-
tam Curt. *de feud.part.prin.2.q.*1. de cõſuetudi-
ne Germanię ſervari teſtis eſt Zaſius *in tract.feu.*
*part.5.n.47.* Mynſ. *cent.5. obſ.47.n.5.* Gail. *lib.2.*
*obſer.161.n.4.* Roſenth. *tract.feud.c.4.concl.41.*
Ideò ea, ut verior amplectenda. Conſuetudo e-
nim eſt optima legum & aliarum diſpoſitionũ
interpres. *L.ſi de interpretatione. & l.minimè,ff.*
*de legib.* Pheder. *d.tract.de legib.interpret.fol.mi-*
*hi 271.* Duaren. *de legib. cap.12.* Everh. *loc.ab*
*uſitat.num.4.* His ita firmatis non obſtant argu-
menta, quæ prò contraria opinione fuerunt ad-
21 ducta. † Nam quod attinet ea, quæ dicta fuerũt
de conſenſu Capituli ad infeudàtionem neceſ-
ſario, tunc demùm conſenſu Capituli opus eſt,
quando in feudum conceduntur à prælato bona
Eccleſiæ nõ ſolita infeudari, quę ſine Canonicis
ſolẽnitatibus, & cauſa legitima infeudari prohi-

bentur

bentur. *d.c.ſine exceptione.c.nulli.c.tua nuper.c. continebatur.de his qu.fiunt à Præl.ſin.conſ.Capit.* At bona Eccleſiæ, quæ prius ſolita ſunt infeudari, etiã porrò ſine conſenſu Capituli rectè in feudũ dari poſſunt. Prælatis ſiquidem ex antiqua approbata cõſuetudine jus eſt quæſitũ res Eccleſiarum ſolitas infeudari abſq; conſilio Capituli in feudum dandi, text. in *c. ea noſcitur.in f. de his.qu.fiunt à Præl.ſin. conſ. Capit.* † Nec in- 22
feudatio rei ſolitæ infeudari, & ad Eccleſiam reverſæ nova eſt conceſſio vel alienatio, ſed potiùs prioris executio, ut ſupra in tertia ratione decidendi dictum eſt. Neque huic ſententiæ noſtrę quicquam obſtat alterum argumentũ, quod facilè ex ſolutione primi contrarii diluitur. Etenim nos verſamur in caſu circa rem ſolitam infeudari, ubi non agitur de magno Eccleſiæ præjudicio vel alienatione rerũ Eccleſiarum, imò potiùs de adminiſtratione, quàm alienatione rerum. nihil enim tũc alienatur, ſed jam alienatum à Pręlato, ad quem ſolum hic caſus ſpectat, confirmatur. per *c. v. à prin. quid ſit inveſtit. 2. F. 3.*
† Tertium argumentũ procedit, quoties infeu- 23
datio res Eccleſiaſticæ magnũ aliquod præjudiciũ Capituli concernit, tunc enim ſemper adhibẽdus quoq; eſt Capituli cõſenſus, ſed infeudatione rei ſolitæ infeudari nil decedit Capitulo vel Eccleſiæ, ſed jura ejus ſuæ integritati relinquuntur.

linquuntur. *c. ea naſcitur. 6. de his qu. fiunt à præl. ſin. conſ. Capit.* & ideò Prælato libera ſubinfeudandi poteſtas, boni tamē viri arbitratu permiſſa eſt, quo caſu id ipſi conceſſum videtur, ut is ſolus abſque alicujus cōtradictione perſpiciat, num iſta infeudatio expediat Eccleſiæ vel non. per text. *notab. in c. ex parte. ibi: ſi videris expe-*
24 *dire. de feud.* † Ad quartum argumentum reſpondetur, quod Tutor & Prælatus æquiparantur in adminiſtratione bonâ, quemadmodum enim tutor pupillum defendere, ejusque bona ſalva & illæſa cōſervare tenetur, nec quicquam de rebus immobilibus pupilli abſq; decreto judicis alienare debet: Ita & Prælatus Eccleſiam defendere, ejusq; conditionem meliorem facere, nec quicquā de rebus Eccleſiæ, quæ non ſunt ſolitæ infeudari, abſque approbatione Capituli alienare debet. *c. fraternitatem de donation. ca.* 1. *de in integ. reſtit l. jubemus nulli.* 14. *C. de SS. Eccleſ.* Dyn. *in c. delictum. de reg. jur. in 6.* Contard. *in repetit. d. l. diffamari. c. 3. num. 52.* Mynſ. *cent. 6. obſ. 18. nu. 2.* Everhard. *loc. à pupil. ad Ec-*
25 *cleſ. num.* 1 † Quintum argumentum hanc recipit interpretationem, ut procedat in iis rebus, quarum adminiſtratio & cura ad ſolum Prælatum nō ſpectat, de quib. ipſe ſolus ſine Capitulo quid diſponere vel alienare prohibetur. *c. 1. c. cum nos. c. novit. de his qu. fiun. à Prælat. ſine conſenſ. Capit.* ſecus eſt in bonis diſtinctis, in quibus

Prælatus

Prælatus omnimodam habet juriſdictionem. *c. edoceri.in fi.& ibi.* Innocent. *de reſcript.* Schell. *de exception.forens.mihi fol.. 24.* † Quod denique ſexto & ultimo loco adductum fuit, illud quoque nil obſtat ſententiæ noſtræ. Nam licet Prælatus & Capitulum ſint unum corpus, tamen Prælati jura & bona omninò diſtincta ſunt à bonis Capituli. *d.c.edoceri.* H. Hartm. *tit. 54. obſer. 14. num. 2.* Unde Prælatus ſine conſenſu Capituli rectè res ſolitas infeudari in feudum dat, conſuetudine nimirum ipſi hoc permittente. Idque per text. *in d. c. ex parte.in verb. liberè.de feud.in c. ea noſcitur.in fi. de his quæ fiunt à Præl. ſin. conſ. capit.* † Ampliatur autem hæc noſtra Concluſio, ut etiam locum habeat, quādo Prælatus Eccleſiæ juravit de novo nō infeudare Romano Pontifice incūſulto. Hujuſmodi enim juramento non obſtante, Prælatus rem ad Eccleſiam reverſam alteri rurſus in feudū concedere poteſt. Textus eſt clarus *in c. ex parte.de feud.* Schurpff. *cent. 1. conſil. 45. num. 7.* Baro à Tautemb. *à princ. tit. Epiſc. vol Abbat. 1. F. 6.* † Ratio datur hæc, quia non cenſetur infeudare de novo qui feudum antiquum, licet ad ſe reverſum, alicui concedit. Borch. *de feud. cap. 6. num. 19.* ſuprà *num. 17.* † Hæc quoque in decimis ad Eccleſiam reverſis procedere plurimi volunt. Etenim Prælati Eccleſiarum Decimas ante Conciliū Lateranenſe, habitū Anno Chri-

26 27 28 29

ſti 1379.

tàm ex jure Canonico, quàm jure civili & ſeudali antea ſatis ſuperquè probatum eſt. Nec eſt contra diſpoſitionem juris divini, quod clerici coram ſecularibus perſonis cõveniantur, ſed eſt præter jus divinum, nullibi enim in jure divino legitur, quod clerici non debeant eſſe obſtricti legibus civilibus, præſertim cum Evangelium
14 non aboleat Politias, legesquè Politicas. † Clericorum nomine intelligo, Epiſcopum, Abbatẽ, Præpoſitum, Priorem, & quemvis Eccleſiæ alicujus Collegiatæ præfectũ *c 1. §. fin. de c. Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. feud. autem. de his qui feud. dar. poß. & tit. 6. F. lib. 1. Epiſc. Abbat. c. 1. à prin. qui ſucceß. feud. dar. tenean. 1. F.* 3. Jacob. de S. Georg. *verb. & promiſerunt. n. 16.* quibus comparantur Eccleſiarum Cathedralium Canonici. *c. cum tibi verb. ſign.* Duar. *lib. 1. c. 18. de benef. Eccleſ.* Unde verò dicantur clerici, habet text. in *c. clericus & in c. duo ſunt. 12. q. 1. & in can. cleros. diſt. 21.* Weſem. *in π. C. de piſc. & cler. n. 3.* Borch. *de feud c. 5. n. 2.* Alciat. *lib. Par. cap. 22.*

## CAP LXXIX.

### UTRUM PRÆLATUS REM ECCLEſiaſticam infeudari ſolitam ſine conſenſu Capituli in feudum dare poſſit.

Summaria.

1 *Prælati Eccleſiarum propria ſua bona in feudum dant.*

1 *Res*

2 *Res Eccleſiæ ſolita infeudari à Prælato in feudum datur.*

3 *Num prælatus præter conſenſum Capituli res infeudari ſolitas in feudum concedere poſſit.*

*Negativa opinio, & ejus argumenta, n. 4. Affirmativa defenditur, num. 14. & ſeqq.*

5 *Prælatus rem Eccleſiæ ſine debitis ſolennitatibus alienare nequit.*

*Declaratur num. 21.*

6 *Solennitates conſuetudo non tollit.*

7 *In actionibus concernentibus præjudicium Eccleſiæ, requiritur conſenſus Capituli. Reſtringitur num. 23.*

8 *Prælati Eccleſiarum ſunt ad inſtar Tutorum & num. 24.*

9 *Feudum eſt donatio.*

10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

11 *Prælati ſunt Procuratores rerum Eccleſiaſticarum.*

*Declaratur, num. 25.*

12 *Prælatus & Capitulum ſunt unum Corpus.*

13 *Intellectus cap. ex parte. de feud. ſecundum quoſdam.*

16 *Alius & verior.*

17 *Infeudatio rerum ſolitarum infeudari non eſt alienatio. & num. 22. 28.*

18 *A primordio tituli poſterior formatur evẽtus.*

19 *Prælatus in bonis diſtinctis plenam habet administrationem*
20 *De conſuetudine Germaniæ Prælatus ſolus rē infeudari ſolitam infeudat.*
27 *Ampliatio affirmativæ opinionis.*
*Limitationes, num. 31.*
29 *Decimæ Laicales ad Eccleſiam reverſæ iterū per Prælatum infeudari poſſunt.*
*Contra num. 30.*
31 *Archiepiſcopus Mediolanenſis feudum ſolitū infeudari non poteſt infèudare.*
32 *Pactum quod Prælatus cum Capitulo fecit, ſervandum eſt.*
33 *Grave eſt fidem fallere.*
34 *Prælatus ſine conſenſu Capituli rem infeudari ſolitam illis, qui ſunt majoris dignitatis in feudum dare nequit*
*Contra, num. 35.*
36 *Prælatus ſuo Capitulo rem ſolitam infeudari in feudum dare non debet.*
37 *Capitulum non moritur.*
38 *Prælatus nec civitati rem Eccleſiæ infeudare poteſt.*
39 *Prælatus in reinfeudatione non poteſt mutare antiquam feudi conſuetudinem.*
*Fallit, num. 42.*
40 *Conſuetudo eſt ſtricti juris*
41 *Prælatus Eccleſiæ conditionem deteriorem facere non poteſt.*

43 *Prælati propter benè merita res Eccleſiæ alienare poſſunt.*

44 *Reinfeudatio rerum ſolitarum infeudari eſt in Prælati arbitrio.*

45 *Id conſuetudo Germaniæ obſervat.*

46 *Res infeudari ſolita ſemel Eccleſiæ bonis incorporata, non habetur pro infeudari ſolita.*

47 *Quando res incorporata menſæ ſeu bonis Eccleſiæ dicatur.*

CErti atq; manifeſti juris eſt, † Prælatos Ec- 1
cleſiarum feuda dare poſſe, non modò de bonis ſuis propriis & patrimonialibus. Text. & ibi gloſſ. ac Dd. in *c. 1. à princ. de cleric. qui inveſt. fec. 2. F. 35. l. de his clericis. 3. C. de Epiſc. & cleric.* Jacob. de Ardiz. *in ſum. jur. Feud. c. 8.* Franciſ. Hottom. *in c. 1. verb. ſi verò, qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* Duar. *in tr. feud. c. 6. n. 6.* Zaſ. *de feud. part. 5. num. 55.* † Sed & de bonis Eccleſiæ, quando illa 2
antiquitùs infeudari ſolita ſunt. Text. *in c. ad noſtram. 11. de reb. Eccleſ. alien. in c. 1. & 2. de feud. in c. 1. à. princ. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. in c. 1. à prin. Epiſc. vel Abbat. 1. F. 6. & in c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. 1. F. 3.* Jacobin. de S Georg. *in ſua inveſtit. verb. in feud. n. 11.* Jul. Clar *§. feud. qu. 13. num. 1.* Matth. Weſem. *in tract. feud. c. 7 n. 5.*
† An verò Prælatus rem Eccleſiæ infeudari ſoli- 3
tam abſq; conſenſu Capituli in feudũ concedere

4 poſſit, variant Doctores? † Et primò ſunt, qui in hac quæſtione ſtatuunt, Prælatos Eccleſiarum bona Eccleſiæ infeudari ſolita, & ad Eccleſiā reverſa, abſq; conſenſu Capituli infeudare nō poſſe. Abbas *in c. novit. n. 7. de his qu. fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. Capit.* Azo. *in ſum. C. de SS. Eccleſ. num. fin.* quos ut ſcribit Mynſing. *cent. 5. obſ. 47. num. 1.* ſequitur Decius *conſil. 131. n. 2. & conſil. 328.* Roman. *conſil. 22.* Alexand. *lib. 1. conſ. 80.* qui aſſerunt hanc opinionem eſſe communem, nec ab ea recedendum; & illam eſſe communē teſtatur quoq; Eman. Soar. *in theſaur. recept. ſent. lit. E. n. 20.* atque in puncto juris veriorē eſſe credit Schneid. *in ſuo tract. feud. part. 3. n. 28.* Hi ſequentib. potiſſimùm moventur rationibus. Pri-
5 mo † quod prælati Eccleſiarū de rebus Eccleſiaſticis quicquā alienare, permutare aut immutare ſine Canonicis ſolennitatib. hoc eſt, ſine tractatu, conſenſu, ſigillatione, & ſubſcriptione Capitulari non valeant. Text. eſt *not. in c. ſine excep. 2. qu. 2. c. nulli, de reb. Eccl. alie. c. 1. & c. 8. tua nuper. de his qu. fiunt à Præl. ſin. conſ. Cap.* Petr. de Ferrar. *form. libel. in act. real. verb. veris ac legitimis. n. 69.* Schneid. *in §. ſacræ. n. 3. Inſt. de rer. diviſ.* quod uſquè adeò verum eſt, ut non ſufficiat tacitus conſenſus Capit. ſed expreſſus neceſſarius ſit, præſertim ſi de re magni momenti & perpetua rerū alienatione agatur. *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & ibi gl. in verb. perpetuis.* Panorm. *in c. 1. de his*

*qu. fiunt*

*qu. fiunt à Præl. ſin. conſ. Cap.* Id ad feudales conceſſiones Dd. quosdã etiam traducere refert Zaſ. *in d. part. 5. n. 47.* licet res conſueta ſit infeudari. *gl in c. 1. §. hæc omnia. verb. in clericorum. ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis oriat. & in c. 1. verb. Archiepiſcopus. qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* † Secundò pro 6
ſe advocant, quod ſolennitates, quæ in alienatione rerum Eccleſiaſticarum exiguntur, adeò neceſſariæ ſunt, ut illas conſuetudo non poſſit antiquare, etſi eas poſſit augere, ut crebris exceptũ ſuffragiis ex Petr. de Benint. *deciſ. 13. n. 7. &* Roch. Curt. in *c. ult. quæſt. 5. n. 25. & ſequ. de conſuet. affirmat.* Scar. *in d. tract. lit. E. n. 20.* † Tertiò conſi- 7
derant, quod in omnib. actionib. concernentib. præjudiciũ Eccleſiæ requiratur conſenſus Capituli. per text. *in c. quanto. 5. de his qu. fiunt à Præl. ſin. conſ. Capit.* qui vult, quod nedum in conceſſionibus, ſed & cõfirmationibus cõſenſus Cap. neceſſarius ſit. Ex quo dicendum videtur, infeudationẽ rei ſolitæ infeudari, quamvis à quibuſdã dicatur potius adminiſtratio ſeu veteris infeudationis continuatio, quàm alienatio, à ſolo prælato, non adhibito conſenſu Capituli, fieri nõ poſſe. † Quartò ſtabilitur iſta, opinio ex eo, quod
Prælati Eccleſiarũ ſint ad inſtar Tutorũ. Novel. 8
Juſtin. 131. *c. fin. de Eccleſi. tit. L. Orphanotrophos. 32. C. de Epiſ. & cler. gl.* & Panorm. *in c. auditis. ſuper verb. minoris. de in integ. reſtit.* Felin. *in c. cum deputati de judic.* Dyn. *in c. locupletari 48. n. 7. de*

*reg.jur.in 6.* Contard. *in repetit. L.diffamari.part. 3.n.52 C.de ingen.manum.* Everh. *in Topic.legal. loc. à pupill. ad Eccleſ.* Atqui tutor nō ſolum feuda nova ex rebus pupillaribus dare prohibetur, verumetiã de feudis ad pupillum reverſis aliquē inveſtire abſq; decreto magiſtratus non poteſt, per rationem, quia prædia minorū ſine decreto judicis,& cauſæ cognitione alienari non poſſunt *t.t. ff. de reb.cor.qui ſub tut. & tit. C. de præd. & a-*
9 *liis reb. minor.* † Facit, quod feudum eſt donatio *c.1.§.1. de feud.dat.in vic.L.Commiſ.1.F.27.c.1.§. imprimis.in quib cauſ.feud.amit.2.F.23.* Weſem. *de feud.c.4 n.7.* quę nomine adminiſtrationis Tutoribus permiſſa non cenſetur. *L. pactum. Curatoris 22.C de pact. L.Lucius 46.§.fin.de admin.& peric. tut. cap. fraternitatem. de donation.* Sicut ergò alienatio facta per Tutorē de re immobili pupilli ſine decreto judicis non valet in præjudicium pupilli: Ita etiam dicendū erit in Prælato Eccleſiarū res ſolitas infeudari alienante ſine ſolennitate requiſita à jure Canonico. Quod enim juris eſt in rebus minorū, idem obtinet in rebus Eccleſiarum, quæ tamen ſunt multò favorabiliores, cum ſemper ſint in ſtatu minoris *c.1.de in*
10 *integ.reſtit.* † Quinto pro hac opinione facit etiã vulgata regula, quæ docet illud: Non entis nullę ſunt qualitates *L.ſi ſervū.4.§ fin.ff.de act.emt.l.1. ff.de her.vel act.vend.l.ejus qui.41 §.ſicut.enim.ff. ſi cert pet.* Hart. Piſt. *qu.feud.31.n.fin.* &: nemo alteri cedere, concedere, vel donare poteſt id,

quod ipſe non habet. *L. nemo plus juris. 54. & ibi* Dec. Cagn. & Sturc. *ff. de reg. jur. c. nemo. 79. &* ibi Dyn. *eod. in 6. l. tradit. 20. ff. de acq. rer. dom. c. nup. de don. int. vir. & uxor.* † Atqui Prælati non ſunt 11
Domini rerum Eccleſiaſticarũ, ſed tantũ nudi adminiſtratores, qui conditionem Eccleſiæ meliorem facere, nec quicquam de ea abſq; ſuis Canonicis alienare debent. *c. fraternitatem. de don. c. 1. de in integr. reſtit. c. fin. 12. q. 1.* Innocent. & alii *in c. cum ſup. de cauſ. poſſ. & propri.* Melch Cling. *in c. cum dilect. num. 13. de ordin. cognit.* Schurpff. *centur. 1. conſil. 48. n. 8.* Mynſ. *dec. 3. reſponſ. 30. n.* 18. † Sextò probatur hæc opinio ex eo, quod Prę- 12
latus & Capitulum ſint unum corpus, quod repreſentat Eccleſiam. *c. nov. de his qu. fiunt à Præl. ſin. conſ. Capit.* Unde non decet Prælatum omiſſo cõſenſu capituli, cũ quo unum exiſtit corpus, rẽ aliquã Eccleſiæ ſibi commiſſæ infeudare, cũ id non ſit dubium & honeſtati ejus, & ſanctorum patrũ inſtitutionibus contra ire. *d. c. novit.* † Quia 13
verò huic opinioni plurimũ adverſatur tex. *in c. ex parte. de feud.* qui docet Prælatum feudum ad Eccleſiam reverſum liberè, hoc eſt, abſq; conſenſu Capituli infeudare poſſe. Ideò ad illũ text. reſpondent, ibi Papam non ſimpliciter dicere: Pręlatũ feudũ liberè infeudare poſſe, ſed ſub hac cõditione, ſi videat hoc expedire Cap. quæ verba importãt arbitriũ boni viri. *L. fideicõmiſ. liber. 23. in ſ. π. de fideic. libert.* in quo arbitrio debet etiã

verſari conſilium Capituli, quotiescumquè enim cognitio eſt neceſſaria, debet Prælatus & Capit. conſenſum adhibere *d. c. novit. c. 1. de his qu. fiunt à Prælat. ſin. conſ. Cap.*
14 † Alii, quorū ſententia verior eſt, concludunt, Prælatū res Eccleſiæ ſolitas infeudari, & ad Eccleſiam reverſas etiam abſq; conſenſu Capituli in feudū concedere, & quēlibet de iis inveſtire poſſe, dummodo talem eligat, qui Eccleſiæ tempore neceſſitatis utiliter inſervire valeat. Bart. *in auth. qui rem C. de SS. Eccleſ.* Bald. *in c. 1. n. 3. & ibi quoq;* Jaſo. *n. 7. v. an autem prælatus ſolus, de his qui feud. dar. poſſ.* Felin. *in c. edoceri. de reſcrip. & in c. cum cauſ. de ſent. & rejudic.* Laud. *in cap. 1. n. 17. qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* Clar. *§. feudum. qu. 13. num. 6* Hanneton. 1. *Feud. cap. 5.* Gail. *lib. 2. obſ.* 161. *num. 3.* Duar. *de benefic. Eccleſ. lib. 7. cap. 9.* Zaſ. *in Epit. feud. part. 5. n. 47.* Sonsbec. *de feud. part. 6 num. 3.*
15 Schrad. *vol* 1. *conſ. 7. num.* 10. *& num.* 17. † Pro hac ſententia primò adducitur textus *in c.* 1. *§. hæc omnia. ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis. oriat.* 1. *F. 26.* ex quo nō obſcura conjectatio depromi poteſt: In inveſtitura Clericorum confratrū ſeu Capit. conſenſum non eſſe neceſſarium. Equin. Bar. *ibid.* & textus eſt clarus *in cap.* 1. *qui ſucceſſ. ten.* 1. *F. 9.* (quem textum intelligendum eſſe de bonis Eccleſiæ ſolitis infeudari monet Hart. Piſtor. *d. quæſt. 27. num. 29. & num. 37.*) & *in cap.* 1. *à princ. de his qui feud. dar. poſſ.* 1. *F.* 1 & ibi Matth. de
16 Afflict. *num.* 18. † Secundò benè confirmatur

hæc opinio quoq; jure Canonico. Textus eſt in *c.ex parte 2.de feud.*qui vult,Prælatum antiquum feudum ad Eccleſiã reverſum novo Vaſallo liberè,hoc eſt, abſq; conſilio Capituli concedere poſſe. Ita Curt. *de feud.part.*1.*qu.*2.*n* 4.Schneid. *in tract.feud.part.*3.*num.*28. Duar. *de feud. cap.*5. *num.*5. Weſemb.*de feud.cap.*7.*num.*5. † In hanc 17
ſententiam tertio loco præbet argumentum, quod infeudatio rerũ,quæ ſolitæ ſunt infeudari, non eſt nova infeudatio,ſed veteris cõtinuatio, cum enim res primùm infeudatæ ſint, interveniente juris Canonici ſolennitate: videntur non de novo in feudum dari,ſed executio potiùs veteris infeudationis, Text. *in c.*1. *& ibi gl. in verb. à minore.per quos fiat inveſtit.*2. *F.*3. Iacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit.verb.qui quidem inveſtiti.num.*49. Schrad. *vol.*1.*conſil.*6.*n.*78.Zas. *vol.*2. *conſil.* 22.*n.*3. Baro à Tautemb.*ad prin.tit Epiſc. vel Abbat.*1.*Feud.*6. Duar.*de feud.d.cap.*5.*num.*5.
† Quartò huic ſententiæ ſuffragatur,quod dici 18
ſolet,à primordio tituli poſteriorem formari eventũ. Text.*in l.un.§.fin.C.de impon.luc.deſcrip. lib.*10.ſiquidẽ omnia ad id referuntur, unde vim capiunt atq; originem. *L.in ratione* 11. *§.ſi filio. π.ad L. Falcid.*& cauſa prima ſemper intuenda eſt, & ſecunda cauſa operatur, quantum ſibi à prima influitur, & non ultra. *l. ſi quis domũ.*9. *ff. locat.l.peto.*69.*§.prædiũ.ff. de legat.*2. Schrad. *vol.*1. *conſil.*6.*num.*82. Gail. 1.*obſerv.*19.*num.*1.

Stephan. de Phederis. *in tract. de legib. interp. fol. mihi. 27.* Zas. *vol. 3. cõſil. 10. n. 33.*
19 † Quintò pro iſta opinione facit, quod Prælat⁹ in bonis diſtinctis à Capitulo plenã adminiſtratione habeat, remoto conſenſu & tractatu Capituli. text. *in c. edoceri & ibi* Felin. *de reſcrip.* ita tamẽ ut in præjudicium Eccleſiæ nihil ſtatuatur, quorũ nomine activè & paſſivè coram judice ſeculari forũ quoq; ſortitur. Fernand. Vaſqu. *Illuſt. cõtr. lib. 3. cap. 105. num. 41.* Andr. Geil. *lib. 1. obſerv. 37. & in tract. de pac. publ. lib. 1. c. 8.*
20 † Et hanc poſteriorẽ opinionẽ ut cõmuniter à Doctoribus approbatam Curt. *de feud. part. prin. 2. q. 1.* de cõſuetudine Germaniȩ ſervari teſtis eſt Zaſius *in tract. feu. part. 5. n. 47.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 47. n. 5.* Gail. *lib. 2. obſer. 161. n. 4.* Roſenth. *tract. feud. c. 4. concl. 41.* Ideò ea, ut verior amplectenda. Conſuetudo enim eſt optima legum & aliarum diſpoſitionũ interpres. *L. ſi de interpretatione. & l. minimè, ff. de legib.* Pheder. *d. tract. de legib. interpret. fol. mihi 271.* Duaren. *de legib. cap. 12.* Everh. *loc. ab uſitat. num. 4.* His ita firmatis non obſtant argumenta, quæ pro contraria opinione fuerunt adducta.
21 † Nam quod attinet ea, quæ dicta fuerũt de conſenſu Capituli ad infeudationem neceſſario, tunc demum conſenſu Capituli opus eſt, quando in feudum conceduntur à prælato bona Eccleſiæ nõ ſolita infeudari, quȩ ſine Canonicis ſolẽnitatibus, & cauſa legitima infeudari prohibentur

bentur. *d.c.ſine exceptione.c.nulli.c.tua nuper.c. continebatur.de his qu.fiunt à Præl.ſin.conſ.Capit.* At bona Eccleſiæ, quæ prius ſolita ſunt infeudari, etiã porrò ſine conſenſu Capituli rectè in feudũ dari poſſunt. Prælatis ſiquidem ex antiqua approbata cõſuetudine jus eſt quæſitũ res Eccleſiarum ſolitas infeudari abſq; conſilio Capituli in feudum dandi, text. in *c. ea noſcitur.inf. de his.qu.fiunt à Præl.ſin.conſ.Capit.* † Nec in- 22
feudatio rei ſolitæ infeudari, & ad Eccleſiam reverſæ nova eſt conceſſio vel alienatio, ſed potiùs prioris executio, ut ſupra in tertia ratione decidendi dictum eſt. Neque huic ſententiæ noſtræ quicquam obſtat alterum argumentũ, quod facilè ex ſolutione primi contrarii diluitur. Etenim nos verſamur in caſu circa rem ſolitam infeudari, ubi non agitur de magno Eccleſiæ præjudicio vel alienatione rerũ Eccleſiarum, imò potiùs de adminiſtratione, quàm alienatione rerum. nihil enim tũc alienatur, ſed jam alienatum à Prelato, ad quem ſolum hic caſus ſpectat, confirmatur. per *c.v.à prin.quid ſit inveſtit.2.F.3.*
† Tertium argumentũ procedit, quoties infeu- 23
datio res Eccleſiaſticæ magnũ aliquod præjudiciũ Capituli concernit, tunc enim ſemper adhibẽdus quoq; eſt Capituli cõſenſus, ſed infeudatione rei ſolitæ infeudari nil decedit Capitulo vel Eccleſiæ, ſed jura ejus ſuæ integritati relinquuntur.

Prælatus omnimodam habet juriſdictionem. *c. edoceri.in fi.& ibi.* Innocent. *de reſcript.* Schell. *de exception.forens.mihi fol.. 24.* † Quod deni- 26
que ſexto & ultimo loco adductum fuit, illud quoque nil obſtat ſententiæ noſtræ. Nam licet Prælatus & Capitulum ſint unum corpus, tamen Prælati jura & bona omninò diſtincta ſunt à bonis Capituli. *d. c. edoceri.* H. Hartm. *tit. 54. obſer. 14. num. 2.* Unde Prælatus ſine conſenſu Capituli rectè res ſolitas infeudari in feudum dat, conſuetudine nimirum ipſi hoc permittente. Idque per text. *in d. c. ex parte. in verb. liberè. de feud. in c. ea noſcitur. in fi. de his quæ fiunt à Præl. ſin. conſ. capit.* † Ampliatur autem hæc 27
noſtra Concluſio, ut etiam locum habeat, quādo Prælatus Eccleſiæ juravit de novo nō infeudare Romano Pontifice incūſulto. Hujuſmodi enim juramento non obſtante, Prælatus rem ad Eccleſiam reverſam alteri rurſus in feudū concedere poteſt. Textus eſt clarus *in c. ex parte. de feud.* Schurpff. *cent. 1. conſil. 45. num. 7.* Baro à Tautemb. *à princ. tit. Epiſc. vol Abbat. 1. F. 6.*
† Ratio datur hæc, quia non cenſetur infeudare 28
de novo qui feudum antiquum, licet ad ſe reverſum, alicui concedit. Borch. *de feud. cap. 6. num. 19.* ſuprà *num. 17.* † Hæc quoque in deci- 29
mis ad Eccleſiam reverſis procedere plurimi volunt. Etenim Prælati Eccleſiarum Decimas ante Conciliū Lateranenſe, habitū Anno Chri-

ſti 1379.

ſti 1379. ut ex Card. *in c. cum Apoſtolica. de his qu. fiunt à Prælat.* & Decian. *reſponſ. 22. num. 30. vol. 1.* refert Borch. *d. cap. 6 num. 19* in feudas datas & ad Eccleſiam reverſas ex magis communi Doctorũ ſententia infeudare poſſunt. Ita gloſſa expreſſa in *c. prohibemus. de decim. & c. ex parte. de feud.* ubi de reverſis feudis loquitur. Alvarot. *in c. 1. de his qui feud. dar. poß.* Præpoſ. *in c. 1. §. ſciendum de feudi cognit. 2. F. 1.* Covarruv. *lib. 1. var. reſolut. ca. 17.* Jul. Clar. *§. feudũ. qu. 13. nu. 2.* Duar. *de feud. cap. 5. nu. 8.* Sonsbecc. *de feud. part. 7. n. 11.*
30 † quamvis Joan. Andr. in *d. c. prohibemus.* quem ſequitur Panorm. *ibid.* Zas. *de feud. part. 4. num. 25.* & alii, negativa opinio videatur verior. Quia decimæ ad Eccleſiam reverſæ nihil ab aliis decimis differunt, cum res ad ſuam naturam facilè revertatur. *L. ſi unus. 27. §. pactus.*
31 *2. verſ. quod & in ſpecie. ff. de pact.* Porrò noſtra concluſio aliquas etiam limitationes recipit. Primò ea locum ſibi non vendicat in Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui etiam feudum infeudari ſolitum rurſum non poteſt infeudare, etiamſi in dominio Eccleſiæ tempore introitus invenerit. *cap. 1. verſ. & ideò ſciendum eſt. de cler. qui inveſtit. fac. 2. F. 35.* ubi Alvar.
32 Sonsbecc. *de feud. part. 8. num. 8.* † Secundò limitatur noſtra concluſio, ut non procedat, ſi Prælatus Eccleſiæ pactum feciſſet cum Capitulo, quod feuda ad Eccleſiam reverſa abſque

conſenſu

conſenſu vel cõſilio Capituli infeudare noller, hujuſmodi pactũ dubio ꝓcul ſervandũ eſt, quia † nihil magis eſt congruũ fidei humanæ, quã ea 33 ſervare, quæ placuerũt. *l.1.ff.de pact. l. nõ minorẽ 20.C.de transact.* & grave eſt fidẽ fallere. *l.1.ff. de conſtit.pecun.* Idq; vel maximè in Prǫlatis Eccleſiarum, & Principibus, in quibus debet eſſe conſtans volũtas, tanquã in fonte juſtitiæ obſervari debet. *l. prohibitũ. 5. in fine. C.de jur.fiſc.lib. 10.l. inter claras.8. C.de ſum.Trinit.* ubi Imperator ita ſcribit: Nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe. Bald. *in c.1.§.fin.de his qui feu.dar.poſ. et in.l.1.ff.de pact.* qui refert, Ariſtotelẽ dixiſſe ad Alexãdrum Regem Maced. ò Alexander ſerva fidem datam, Hieronym. Giacch. *in cõſil.incip.requiſitus.n.34.* Fernand. Vasqu. *lib.1.illuſt.controv.cap.26.n 16.* Fides ſiquidem eſt fundamentum juſtitiæ: nec ulla res vehementius Rempubl. cõtinet, quàm fides, quâ abrogata omnis humana ſocietas tollitur. *Tull. lib.1.& 2. Offic.* Bodin. *lib.5.de Repub. cap.6.* Juſt. Lips. *lib.2. Polit. cap.14.* Tertiò re- 34 ſtringitur concluſio noſtra, ut locum non habeat, quãdo Prælatus abſq; cõſenſu Capituli, rẽ infeudari ſolitam, & ad ſolã infeudationẽ Prælati ſpectantem velit concedere in feudum, qui ſunt majoris dignitatis, præeminentiæ aut conditionis, quàm fuerũt illi, quibus res in feudum concedi ſolita fuit. Curt. Jun. *de feud. 1. part. p.2. qu.9.* Ale-

35 *qu.* 9. Alexand.. *conſil.* 9. *vol.* 3. † Quam limitationem tamen non procedere, quado juſta & legitima cauſa ſubſiſtit, vult Schrad. *lib.* 1. *cõſil.* 7. *num.* 15. per rationem, quia tunc Prælatus rem infeudari ſolitam etiam abſq; conſenſu Capituli, illis perſonis, quę ſunt majoris dignitatis, præeminentiæ, ſtatus vel conditionis in feudum cõcedere poteſt. per *c.* 1. *§. ſimiliter verſ. profectò. de L. Corr ad* 2. *F.* 34. Alvar. & Belviſ. *in c.* 1. *qui feu. dar. poß.* Juſtiorem verò cauſam nullã eſſe putat idem Schrad. quam illa, quæ eſt conjuncta cum utilitate publica, ſive quæ utilitatem pu-
36 blicam reſpicit. Quartò declaratur concluſio noſtra, ut non obtineat in Prælato, quando vult rē Eccleſiæ infeudare ſuo Capitulo. Quia feudum nunquam ad Eccleſiam eſſet reverſu-
37 rum, cum clari juris ſit. † Capitulum non mori, ſed perpetuò vivere. *c. niſi eſſent & ibi.* Innoc. *de præbend. & dignit. fac. text. in c. ſi gratiosè. de reſcript. in* 6. *c. liberti.* 12. *qu.* 2. & text. *in l. proponebatur.* 76. *ff. de judic.* ubi dicitur, quod ſedes ſummi Pontificis nunquam moriatur, & quod collegiũ, perſonis etiam mutatis, ſemper unum & idem ſit, atq; perſeveret. Borch. *d. cap.* 6. *n.* 31.
38 Hartm. Piſtor. *qu. feud.* 27. *num.* 17. † Ex qua ratione effici videtur, Prelatum nec civitati rem Eccleſiæ infeudare poſſe, cum civitas mortalitate ſubjecta nõ ſit, nec fas ſit expectare, ut aratrum in eam inducatur, *arg. l. ſi in emtione.* 34. *§.*

*liberum*

*liberum hominem.2.ibi nec enim fas eſt.ff.de contr. emt.l.inter ſtipulantẽ 83.§.ſacram.5.ibi:caſum adverſamq́; fortunam.ff.de verb.oblig.*Coler.*proceſ. exec.part.2.c.1.n.160.* † Illud hoc loco prætermittendum non eſt, quod Prælatus hac reinfeudatione antiquas feudi conſuetudines mutare non poteſt, ut uno ore Dd ſentiunt, veluti ſi eſſet cõſuetudo Eccleſiæ infeudandi maſculos, vel uſq; ad tertiam generationem, non poſſet Prælatus maſculis & fœminis feudum concedere, nequè ad quartam generationem. Arg.*c.1.§.ſimilit.v. profectò.de Leg. Corrad.2.F.34.* Jacob. de Belviſ. *in c.1. his. qui feud. dar. poſſ.* Jacob. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. in feudum. n.38.* Jul. Clar. *in d.§.feud.quæſt.13.n.7.* Baro à Tautenb. *à prin. n. 21.1.F.1.* Schneid. *in tract feud. part.3. num.33.* † Eſtquè ratio, quia Conſuetudo ſicut ſtatutũ eſt ſtricti juris, & proprios terminos non excedit, *L. quicquid aſtringendæ.99.ff. de verb. oblig. L. ſi unus 27. §. pacta 4. verſ. ante omnia. ff. de pact.* Ideoque extendi ulterius non debet conſuetudo infeudandi. Everh. *in Topic. loc. ab opin. vulg. num. 5. & loc. ab uſitat. num. 15.* Coler. *in dict. tract. part.1. cap. 6. num. 126.* † Deinde conſtat, quod Prælatus conditionem Eccleſiæ meliorẽ, non verò deteriorem facere poteſt *L. jubemus nulli.14.C.de SS. Eccleſ.c.fraternitatem.de donat. c.1. de in integr.reſtit.* † Quæ doctrina tamen non procedit, ſi infeudatio fiat propter meritum,

39 40 41 42

ſervitium, ſeu amorem recipientis, veluti ſi ſit filia Vaſalli benè meriti, cujus amor & memoria in filiæ quoq; utilitatem meritò exuberet per text. *in c. quemadm. feud. ad fil. pertin.* ubi feudũ nõ transmiſſibile fit transmiſſibile propter præcedens meritum inveſtiti. arg. *l. ſi vivus libertus 9. ff. ſi quid in fraud. patron.* ubi libertus donare benè merentibus amicis poteſt. fac. text. *in. c. ult. de pecul. cleric. inf.* ubi Epiſcopus ratione ſervitiorum præſtitorum defuncti heredibus largitur, quod alioqui futurũ erat Eccleſiæ. Hieron. Gracch. *in addit. ad Jul. Clar. §. feudum, quæſt. 13. verb. ſolitæ infeuda.* Schneid. *d. part. 3. n. 38.* Baro à Tautenb. *in d. tit 1. F. 1. à prin. n. 21.* qui ait, hanc doctrinam eſſe crebriorem. Zaſi. *vol. 2. conſil. 22.*
43 *num. 62.* † Accedit, quod Prælati Eccleſiarum propter benè merita ſæpè alienare poſſint res Eccleſiæ, ubi aliâs non poſſent. *cap. relatum. ibi,*
44 *juxta ſervitii meritum. & ibi CC. de teſtam.* † Eſtque præterea hic obſervandum, quod Eccleſiarum Prælati, quamvis res Eccleſiarum conſuetas & ſolitas infeudari, infeudare rurſus poſſint, tamen non cogantur id facere, & cuiquam illas res de novo concedere, ſed res infeudari ſolitas & ad Eccleſiam reverſas Eccleſiæ ſuę bonis incorporare poſſunt. *cap. ex parte. 2. de feud.* Gabriel. Roman. *lib. 3. com. opin. tit. de jur. Emphyt. concl. 1. n. 14.* Zaſ. *lib. 1. conſ. 13. n. 30. & lib. 2. conſ. 22.* facultas enim concedendi facultatem

etiam

etiã denegandi importat, quia cujus eſt privatio, ejus etiam eſt affirmatio: & qui poteſt velle, is & nolle poteſt. *L. ejus eſt nolle. 3. l. qui poteſt 26. ff. de reg. jur. l. nolle 4. ff. de acquir. heredit.* Maximè ſi Eccleſia neceſſitate inopiæ præmeretur, tunc enim talés res ſunt reſervandę Eccleſiæ. Ita Alvar. *in c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & ibi* Jacob. de Belviſ. Jacobin. de S. Georg. *verb. in feud. n. 37.* Roſent. *tract. feud. c. 4. conc. 32.* & pluribus probat *concl. 33.* Vulr, *lib. 1. Feud. c. 5. n. 14. v. caterũ.* Unde ſi Eccleſia tempore primæ infeudationis fuiſſet locuples, & poſtea eſſet redacta ad paupertatem, tunc res ad Eccleſiam reverſas debet potiùs pro ſe retinere, quã alii infeudare. Franciſ. Duaren. *de feud. c. 5. n. 6.* Multa enim expediunt Eccleſiæ diviti, quæ non expediunt pauperi: Et quæ de novo emergũt, de novo indigent auxilio *L. de ætate. 11. §. ex cauſa. 8. π de inter. act. & c. ſciſcitatus. 13. & ibi gl. de reſcr.* Matth. Coler. *in c paſtoral. n. 8. de exceptionib.* † Idq; notiſſima Germániæ conſuetudine receptum eſſe teſtatur Mynſ. 45
*cent. 5. obſ. 47. num. 6. &* Borch. *de feud. c. 6. n. 26.* † 46
Semel autem res infeudari ſolita Eccleſiæ bonis incorporata, non habetur amplius pro infeudari ſolita, Dd. commun. *in cap. 1. de his qui feud dar. poß. 1. F. 1.* Mart. Laud. *in c. 1. num. 13. Epiſc. vel Abbat. 1. F. 6.* Jul. Clar. *§. feudum. quæſt. 13. n. 3.* & ideò, ſi poſteà rurſus in feudũ detur, neceſſe eſt ut intercedant debitæ ſolennitates *cap. ut ſuper.*

*de reb. Eccleſ. alien vel non*. Sonsbec. *de feud. par.*
47 *8. num. 7.* †Rem incorporatam dici puto, quæ bonis Eccleſiæ adſcripta eſt, per *l. ult. C. de bon. vacant. lib 10. & ibi* Bart. ſac. *text. in c. cum Apoſtolica. de his qu. fiunt à Præl. ſin. conſ.* Cap. Zaſ. *d. part. 5. nu. 50.* Clar. *d. quæſt. 13. n. 4.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 41. conf.* Vult. *in d. c. 5. n. 14. v. incorporatã autem.* Quod communiter receptum eſſe notat Clar. *in d. quæſt. 13. n. 4.* & Borch. *d. c. 6. n. 28. inf.*

## CAP. LXXX.

## QUANDO RES ECCLESIASTICA dicatur ſolita infeudari

Summaria.

1 *An conſuetudine induci poſſit, ut clericus ante prohibitionem Urbani Pontificis non dare ſolitus feudum dare poſſit.*
2 *Negativa opinio, & ejus argumenta. Contrarium defenditur, num. 8.*
3 *Conſuetudo contra prohibitionem Legis induci nequit.*
4 *Res divino cultui dedicatæ non debent prophanari*
5 *Conſuetudo pernicioſa Eccleſiæ non ferenda. Etiamſi juramento confirmetur. num. 6.*
7 *Laici Decimas obtinere nequeunt.*
9 *Antiquus ille rerum Eccleſiaſticarum infeudandarum mos ob juſtam & probabilem rationem introductus eſt.*

10 *Feuda*

10 *Feuda cur inſtituta.*

11 *Ob æs alienum res Eccleſiarum hodie in feudum dantur.*

12 *Tempore Urbani alia rerum erat facies.*

13 *Conſtitutio Urbani favorabilis eſt.*

14 *Effectus Conſuetudinis.*

15 *Quando Eccleſiæ dicatur ſolita infeudari variè ſentiunt Interpretes*

*Prima opinio. num. 16.*

*Improbatur, num. 18.*

*Altera opinio, num. 20.*

*Probatur, num. 34.*

*Tertia Opinio, num. 29.*

*Rejicitur, num. 30.*

*Quarta opinio, num. 31.*

*Quinta opinio, num. 33.*

17 *Tempus immemoriale habet vim privilegij, declaratur. num. 19.*

21 *Ad inducendam conſuetudinem contra Eccleſiam quantum temporis requiratur.*

22 *Actiones Eccleſiis competentes ob res alienatas 40. annis præſcribuntur.*

23 *Res Eccleſiarum cur præſcribantur.*

24 *Ad conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiarum quæ requirantur. & num. 25. 26.*

27 *Solitum quid dicatur. & num. ſequ.*

32 *Per infeudationem Prælatus Eccleſiæ acquirit Vaſallos.*

ANtequam diſcutiamus: quando res Eccleſiaſtica dicatur ſolita infeudari, videbi-
1 mus † num contra conſtitutionẽ Urbani II. qui Pontificatum Romanũ iniit Anno à nato Chriſto. 1110. Vult, *lib. 1. Feud. c. 3. n. 10.* Conſuetudo induci poſſit, ut res olim prohibitæ in feud. dari,
2 hodie legitimè infeudentur? † Et quod conſuetudo non poſſit induci, videtur probari poſſe. I. per text. *in c. 1. Epiſ vel Abbat. 1. F. 6.* qui palã decernit jure non valere, ſi quid in feudum detur ab Eccleſiaſticis perſonis, quæ antiquitus ſolitæ
3 non ſunt infeudare, † & ideò ea, quæ contra Legis prohibitionem fiunt, utiquè pro infectis haberi debent, *L. jubemus. 14. §. ſanè. inf. C. de SS. Eccl. c. quæ contra. 64.* ubi Dyn. *de Reg. jur. in 6. l. non dubium 5. C. de leg.* Schneid. *in §. ex non ſcrip.*
4 *n. 3. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* II. Quia res divino cultui mancipatæ non debent prophanis uſibus applicari. Nam omne quod Domino conſecratur, ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager, vel quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctũ Sanctorum efficitur Domino, & ad jus pertinet ſacerdotum *c. nulli liceat 12. qu. 2.* Igitur quod ſemel dicatũ eſt Deo, ad humanos uſus transferri non poterit amplius, *c. ſemel dicatũ Deo. 51. de reg. jur. in 6. c mancipia. de rer. permut.* & ſecundũ leges, ſemel res ſacra facta, permanet ſacra. *§. ſacræ res. 8. Inſt. de rer diviſ. l. in tantum. 8. §. ſacræ autẽ 3. ff. de diviſ. rer. & qual. l. æde ſacra 73. π. de contr.*
5 *emtione.* † III. Quia conſuetudo hæc habet ra-

dicem vitioſam, & Eccleſiis gravamen infert. *c. 1. de conſuet.* Itaq; non ferenda. *c. ad noſtram audientiam. c. cum venerabilis. de conſuet.* Mala enim conſuetudo tantũ abeſt, ut confirmari temporis lapſu debeat. *c. mala. diſt. 8.* † Imò nec jurejurando confirmatur conſuetudinis obſervatio, ſi in Eccleſiæ diſpendiũ redundet. *c. 1. de his quæ fiunt à major. part. Capit.* Non enim ut ibi text. inquit juramenta, ſed potiùs perjuria ſunt dicenda, quę contra utilitatem Eccleſiæ & ſanctorum Patrũ veniunt inſtituta. IV. Quia Laici nullo modo decimas obtinere poſſunt. *c. quamvis. c. prohibemus. de Decim.* Johan. Ferrar. *in collectan. F. lib. 2. cap 3.* Zaſ. *de feud. part. 4 n. 26.* Duaren. *de feud. cap. 5. n. 7.* Hanc opinionem ita defendit Baro à Tautenb. *à prin. n. 6. & ſeqq. de his qui feud. dar. poß.* ubi tamen excipit caſum neceſſitatis aut evidentis utilitatis. † Quibus non obſtantibus nihilominus affirmandum puto, nova Conſuetudine facultatẽ infeudandi bona Eccleſiæ acquiri poſſe, motus rationibus hiſce. I. Quoniam hodie eadem ratio, quæ olim ante Urbanum locũ habere poteſt. † Veriſimile verò eſt, antiquã illã dandi ab Eccleſiaſticis feudi conſuetudinem juſtâ primum ratione fuiſſe introductam, ut videlicet Vaſallorũ præſidio ac protectione munita Eccleſia acriùs ſævienti improborum rapacitati & injuriis minus eſſet expoſita, ſecundum gl. *in c. quamvis. verb. conceß. de deci.* quã allegat

6 7 8 9

10 Baro citato loco *n.13.* † Ideò enim feuda inſtituta ſunt, ut Reip. ſuæ copiæ conſtarent, hoc eſt, ut certus eſſet equitum numerus ſemper ad dubia Reipub. tempora paratus. Piſ. Soac. *in prælud. Feud. c.5.* Hieron. Garz. *in tract. de fœm. ad feud. recip. c. 12. n. 24. inf.* Ubi ergo eadem ratio, ibi idē jus quoq; ſtatuendum eſſe translatitium eſt *L. illud 32. ff. ad L. Aquil. L. fin. ff. ad L. Falc. l. 1. C. de interd. c. inter corporalia. 2. §. ſicut autem. de tranſ.*
11 *Epiſc.* II. Expreſſi juris eſt, † quod ob æs alienū etiā hodie res Eccleſiarū in feudū dare licet. tex. *in c. ad noſtrā. de reb. Eccl. ali. fac. auth. hoc jus porrectum. & auth. prætereà. C. de SS. Eccl.* Nam & eandem ob cauſam prædia minorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, diſtrahere licet. *l. 1. §. & ſunt verba 2. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Duaren. *de beneſ. Eccl. lib. 7 c. 9.* Schneid. *in §. ſacræ. n. 8. Inſt. de rer.*
12 *diviſ.* Mynſ. *decad 8. reſp. 80. n. 5.* † III. Quia tempore Urbani ſic ſtatuere res Eccleſiæ nimirum exigebant, nunc alia rerum apparente facie contrarium exigunt. arg. *l. ſi hominem. 30. ff. mand.*
13 & ibi Dd. † IV. Quia conſtitutio Urbani favorabilis fuit, per illam enim rebus omnibus in tutio-
14 rem ſtatum redactis indemnitati ſuæ pariter & tranquillitati proſpicit Eccleſia. V. Quia magna vis eſt Conſuetudinis, ut & legem vincat. *§. quib. 5. in procem. Inſt. & ibi glo. L. de quib. 32. & ll. ſeqq. ff. de leg.* Duar. *in comment. ibid. cap. 12.* Gail. *lib. 2. obſerv. 31. & obſerv. 52.* Inde ex cauſa etiam

damna-

damnata conſuetudo recipi poteſt. Belviſ. & Alvar. *in tit.* 1 *de his qui feud. dar. poſſ.* Sonsb. *de feu. part. 8. num.* 11. *verſ. hoc etiam.* Vult. 1. *Feud. ca.* 3.
15 *num.* 11. His ita prælibatis, ſciendum eſt, non ſine maxima cõtrarietate Doctores reſolvere illám quæſtionem! Quãdo res Eccleſiaſtica dicatur ſolita infeudari? Etenim primò nõnulli cẽ-
16 ſent, † quando non conſtat de infeudatione rei Eccleſiaſticæ ſolenniter facta, quod tunc ad inducendã talem conſuetudinẽ infeudandi nõ habita diſtinctione actuum requiratur tempus, cujus initii memoria in contrarium non extat. Curt. *de feud. part. 2. qu. 4.* ubi pleniſſimè. Sonsbecc. *d. part. 8. nu.* 11. *verſ. ſed cum hactenus.* qui & Iohan. Andr. Butr. & Paul. de Caſtro hanc o-
17 pinionem approbaſſe ſcribit. † In hanc autem ſententiam afferunt, quod uſus tanti temporis idem operatur, quod titulus ex conventione. *L. ſi quis diuturno. 10. ff. ſi ſervit. vindic. l. hoc jure. 3. §. ductus aquæ 4. ff. de aqu. quotid.* Imò vetuſtas tanti temporis, cujus initii memoria nõ extat, habet vim privilegii, & conceſſionis, adeoq; pro veritate eſt. *c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ff. de verb. ſignif. d. l. hoc jure. §. ductus aquæ. c.* 1. *de præſcript. in 6.* ubi non præſcribitur res Eccleſiaſtica, quãdo præſcribenti contrarium eſt jus cõmune, niſi per tantum tempus, cujus initii memoria non extat. Schurpff. *cent. 3. conſil. 43. nu. 4.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 30. & cent. 5. obſ. 29. n. 13.* Gail.

*in tract.de Arreſt.c.7.num.*16. Forcat. *in Necyom. dial.85.nu.2.* Quam opinionẽ procedere, quando infeudatio facta, manifeſtè damnoſa eſt Eccleſiæ, vult Bald. *in tit. de his qui feud. dar. poſ.* Sonsb. *d.part.8.n.*11. Schneid. *de feu.part.3.n.32*

18 † Id quod refellit Iacob. de S.G. *in ſua inveſt. in verb. in feud.n.37.* & Baro à Tautem, *in c.1. à prin. n.20.1.F.1,* quia, quãdo infeudatio eſſet damnoſa Eccleſiæ, nõ induceretur cõſuetudo etiã per tẽpus, cujus initii memoria nõ exiſtit in contrariũ, per text. *in c.1.de conſuet. lib.6.* Malè enim adinventę, malæq; cõſuetudines, neq; ex longo tẽpore, neq; ex longa cõſuetudine cõfirmantur. *Novell.134.c.1. verſ. malè enim.* Nam quod ratione caret, extirpari neceſſe eſt. *c. Chorepiſcopi.68. di-*

19 *ſtinct.* † Nec impedit ſi dicatur, quod tale tẽpus habeat vim privilegii. Etenim reſpõdetur, quod jura ibi allegata debẽt limitari, niſi cõſuetudo ſit minus damnoſa Eccleſiæ, *d.c.1.de conſuetud. in 6.*

20 † Alii exiſtimãt, ad introducendã conſuetudinẽ infeudãdi bona Eccleſiæ requiri curſum 40. annorum, Jacob. de Belviſ. & Præpoſ. *in tit. de his qui feud. dar. poſ.* Jacob. de S. Georg. *in d. verb. in feudum, nu.37.* Zas. *de feud. part.5.n.52.* Schneid. *eod. tract. part.3.n.32* Gemmel. in compend. *feud. part.4.fol.22.* Quam opinionem cõmuniter eſſe receptam tenet Julius Clarus. §. *feudũ. qu.13.n.4.* & uſu obſervari ſcribit Zas. modò citato loco.

21 † Iſti nituntur hoc argumento: quotieſcumq; contra

contra jus Canonicum inducitur conſuetudo, quadraginta anni requirũtur. Ita not. gl. & Dd. *in cap. fin. de conſuet. c. cũ Eccleſia. 3. inf. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. auditis. 15. §. 1. de præſcrip. cap. placuit. 15. §. quas actiones. 16. qu. 3.* Bald. *in authen. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* Franciſc. Balb. *tractat. præſcript. part. 1. princ. 5. num. 3.* Schurpff. *cent. 3. conſ. 41. num. 8.* Gail. *lib. 2. obſervat. 31. num. 3.* Schneid. *in §. ex non ſcripto. num. 5. Inſtitut. de jur. nat. gent. & civil* At conſuetudo infeudandi bona Eccleſiaſtica eſt contra jus Canonicum, quo regulariter res Eccleſiaſticæ alienari prohibentur, *cap. nulli de rebus Eccleſiaſt. alien. vel non. L. jubemus nulli. 14. C. de SS. Eccleſ.* Ergò cum per infeudationem utile dominium in Vaſallum transferatur, *cap. 1. §. imprimis. in quibus cauſis feud. amit. c. 1. §. 1. de inveſtit. de re alien. fact.* neceſſaria eſt 40 annorum præſcriptio. † Hanc ſententiam ju- 22
vat, quòd actiones Eccleſiis competentes, ob res alienatas etiam ſpacio 40. annorum tàm de jure civili. *authen. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* Novell. *111.* quàm de jure Canonico *c. de quarta. c. ad aures. de præſcript.* præſcribuntur, Balb. *d. tract. præſcript. part. 3. part. princ. 4. qu. 2. & part. 1. part. pr. num. 1.* Petr. Gregor. *in meth. jur. lib. 2. cap. 8. nu. 5.* Schurpf. *d. conſil. 41. num. 8.* Eberhard. *in Topic. loc. ab Eccleſ. ad pia loca. n. 2.* † Et ratio, quare res Eccleſiæ præſcribantur 23
hæc

hæc eſt! quia ipſarum alienatio non eſt prohibita ſimpliciter, ſed cũ ſolẽnitate certa, de qua *in c. ſine exceptione 12. q. 2. c. nulli. de reb. Eccleſ. alie.* quo caſu non cenſetur prohibita pręſcriptio vel uſucapio, licet ſecus, ubi prohibitio eſſet ſimplex. gl. & Dd. *in l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. neceſſ. non eſt.* Ergò eodem modo ad inducẽdam conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiæ ſine debitis ſolennitatibus requiritur ſpaciũ 40. annorum eò, quia alienatio, & ſic datio in feudũ & acquiſitio per pręſcriptionẽ correlativa ſunt, adeò ut uno poſito ponatur alterum, & uno remoto, removeatur aliud. Jacob. de Belviſ. & Martin. Laudens. *in tit. de his qui feud. dar. poſſ.*
24 † Ad inducendam verò iſtam conſuetudinem requiruntur & alia, ut quod Conſuetudo ſit rationabilis, & nõ damnoſa Eccleſiæ. *c. 1. de cõſuet. in. 6. l. quod non ratione. 39. ff. de legib.* Optima enim eſt conſuetudo, quæ à natura, & à ratione naturali ducitur. *cap. 1. verſ. quomodo enim. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. c. mala. diſtinct. 8. et c. ſequ.* Mynſ. *in § ſine ſcripto. nu. 4. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Sichard. *ad rubr. C. qu. ſit long. conſuetud.* Eman. Soar. *theſaur. recept. ſent. lit. C.*
25 *num. 284.* † Deinde requiritur tacitus conſenſus Capituli, ſicut aliâs ad inducendam conſuetudinem iſte in populo requiritur. *L. de quibus*
7 *32. ff. de legib. c. fin. de conſuetud.* † Prætereà requirunt. Dd, binum actum, videlicet quod ſaltem bis

tem his in quadraginta annis illa res Eccleſiaſtica fuerit infeudata. *arg. l. nemo. 3. inf. junct. gl. C. de Epiſc. audient.* Jacob. de Belviſ. *tit. de his qui feud. dar. poſſ.* Zas. *d. loco.* Borch. *d. c. 6. num. 23.* Jacobin. de S. Georg. *d. num. 37.* Anton. Gabriel. Roman, *tit. de locat. concl. 1. num. 3. com. opin.* Eſtq; hujus ratio, quod Cõſuetudines Feudales, ut Prælati ſuarum Eccleſiarũ res infeudare poſſint, requirunt antiquam conſuetudinem. Ad conſuetudinem verò actuum frequentia requiritur. *L. 1. C. quæ ſit long. conſuet. l. an in totum. 3. C. de ædific. priv.* † Facit pro iſta doctrina quod 27
ſolitum nõ dicatur, quod ſemel tantùm factum fuit, ut notat Bl. *in l. item lapilli. verſ. octavò quæritur. ff. de rer. diviſ. & qual.* & idem *in l. binos. in f. C. de advoc. diverſ. jud.* Neque huic adverſatur, quod juxta Bart. *in l. Mela. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* ſolitum verificatur in uno actu, conſuetum verò in duobus. † Nam crebriori interpretum calculo eſt traditum, ſolitum nõ verificari in uno actu, quemadmodum videre eſt apud Gabriel. *d. tit. locat.* Dein in materia Feudorum hæc differentia non attenditur, çum jura Feudalia promiſcuè utantur hiſce vocabulis, ut in *cap. 1. 1. Feud. 1.* dicitur, ſi antiquitus fuerit conſuetudo. & *in c. 1. Epiſcopo. vel Abbat. 1. F. 6.* ponitur dictio ſolitum, ibi, nõ ſit ſolita in feudum dari. Id quod declarat Curtius, *in 4. q. part. 2. de feud.* Minus reſiſtit, quod diſpoſitio ſimpliciter 28

plicitez

plicitèr prolata in primo actu verificatur *l. boves. 38. §. hoc ſermone. 1. ff. de verb. ſignif.* Hoc enim in diſpoſitione hominis intelligitur, nõ le-
29 gis † Tertio ſunt, qui autumãt, ad inducendã cõſuetudinem infeudandi bona Eccleſiarum ſufficere triginta annos. Ita docuit gl. & Azo juxta Roſenth *in com. feud. cap 4. concluſ. 44* & Petr. de Anchor & Alexand. ſecundum Gabriel in
30 *com. opin. tit. de præſumt. concl. 1. nu. 3.* † Quorum opinio & juri civili & juri Canonico refragatur. Etenim de utroque jure contra Eccleſiam non præſcribitur minori tempore, quàm ſpacio 40. annorum. *Auth. quas actiones. & ibi* Bald. *C. de SS. Eccleſ. & c. de quarta. c. illud. 8. c. ad aures. de præſcript.* Anton. Cont. *ad l. 5. Cod.*
31 *de præſcript. 30. vel 40. annor.* † Quartò non deſunt, qui arbitrantur ad inducendam conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiarum ſufficere decem annos, argumento ducto à Conſuetudine. Gabriel *in d. titul. de præſumt. concl. 1. num. 3.* ubi multos alios Dd. ad hoc citat Clar. *§. feudum. quæſt. 19. num. 2.* Schrad. *conſ. 7. nu. 18. vol. 1.* Jaſon. *in l. ſciendum. verſ. ſeptimo facit. ff. de verb. obligat.* Et quia ſolennitas neceſſaria per ſpacium decem annorum in actu aliquo interveniſſe præſumitur, per text. *in l. ſi filiusfamil. 10. C. de petit. hered.* Felin. *in cap. olim de. lit. conteſtat.* Jaſon. *in lege ſi certis annis Cod. de pact.* Huic opinioni accedit quod iſta

conſue-

conſuetudo non omninò contra legem eſt inducta: quia alienatio rerum Eccleſiaſticarum ſimpliciter prohibita nõ eſt. *c. ſine exceptione. 12. q. 2. nulli. de reb. Eccleſ. non alie.* Præterea ex ejuſmodi infeudatione Eccleſiæ grave præjudicium non oritur, imò magis ad acquiſitionem Eccleſiæ tendit. † Etenim per eam Eccleſiæ Vaſalli 32
acquiruntur, & ſpecies jurisdictionis per text. & ibi gl. *in l. fin. C. de emancip. liber. cap. 1. §. præterea ſi inter. de prohib. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55.* & per illum bona ab Eccleſia radicitus nõ alienantur. Bald. *in ca. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod. feud. amit.* ſed remanẽte dominio directo penes Eccleſiam, ſervitia Vaſalli ſuccedunt in locum fructuum, ut qui occaſione feudi præſtẽtur. Bald. *in c. 1. §. ſi. quis per triginta. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. 2. F. 26.* Et hanc opinionem eatenus procedere, quatenus Eccleſiæ ex tali infeudatione non oritur grave præjudicium, vult Ant. Gabriel. *d. loc. num. 53.* † Quin- 33
tò ſunt, qui judicis arbitrio relinquũt, quãdo res Eccleſiæ dicatur ſolita infeudari. Duar. *in ſuo tract. feud. c. 5. n. 6. & in com. de legib. c. 11. arg. l. 1. ff. de jur. de liber.* & quia conſuetudo nõ eſt privati hominis, ſed populi uſus. Ad poſteriores haſce opiniones, quid reſpõdendum ſit, ex iis quę ſupra pro confirmatione ſecundæ opinionis adducta fuerunt, facilè colligi poteſt. † Ego 34
itàque ut in hac opinionum varietate certi aliquid de-

ſervitium, ſeu amorem recipientis, veluti ſi ſit filia Vaſalli benè meriti, cujus amor & memoria in filiæ quoq; utilitatem meritò exuberet per text. *in c. quemadm. feud. ad fil. pertin.* ubi feudũ nõ transmiſſibile fit transmiſſibile propter præcedens meritum inveſtiti. arg. *l. ſi vivus libertus 9. ff. ſi quid in fraud. patron.* ubi libertus donare benè merentibus amicis poteſt. fac. text. *in. c. ult. de pecul. cleric. inf.* ubi Epiſcopus ratione ſervitiorum præſtitorum defuncti heredibus largitur, quod alioqui futurũ erat Eccleſiæ. Hieron. Gracch. *in addit. ad Jul. Clar. §. feudum, quæſt. 13. verb. ſolitæ infeuda.* Schneid. *d. part. 3. n. 38.* Baro à Trautenb. *in d. tit 1. F. 1. à prin. n. 21.* qui ait, hanc doctrinam eſſe crebriorem. Zaſi. *vol. 2. conſil. 22.*
43 *num. 62.* † Accedit, quod Prælati Eccleſiarum propter benè merita ſæpè alienare poſſint res Eccleſiæ, ubi aliâs non poſſent. *cap. relatum. ibi,*
44 *juxta ſervitii meritum. & ibi CC. de teſtam.* † Eſtque prætereà hic obſervandum, quod Eccleſiarum Prælati, quamvis res Eccleſiarum conſuetas & ſolitas infeudari, infeudare rurſus poſſint, tamen non cogantur id facere, & cuiquam illas res de novo concedere, ſed res infeudari ſolitas & ad Eccleſiam reverſas Eccleſiæ ſuę bonis incorporare poſſunt. *cap. ex parte. 2. de feud.* Gabriel. Roman. *lib. 3. com. opin. tit. de jur. Emphyt. concl. 1. n. 14.* Zaſ. *lib. 1. conſ. 13. n. 30. & lib. 2. conſ. 22.* facultas enim concedendi facultatem

etiam

etiã denegandi importat, quia cujus eſt privatio, ejus etiam eſt affirmatio: & qui poteſt velle, is & nolle poteſt. *L. ejus eſt nolle. 3. l. qui poteſt 26. ff. de reg. jur. l. nolle 4. ff. de acquir. heredit.* Maximè ſi Eccleſia neceſſitate inopiæ præmeretur, tunc enim tales res ſunt reſervandę Eccleſiæ. Ita Alvar. *in c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & ibi* Jacob. de Belviſ. Jacobin. de S. Georg. *verb. in feud. n. 37.* Roſent. *tract. feud. c. 4. conc. 32.* & pluribus probat *concl. 33.* Vult, *lib. 1. Feud. c. 5. n. 14. v. cæterũ.* Unde ſi Eccleſia tempore primæ infeudationis fuiſſet locuples, & poſtea eſſet redacta ad paupertatem, tunc res ad Eccleſiam reverſas debet potiùs pro ſe retinere, quã alii infeudare. Franciſ. Duaren. *de feud. c. 5. n. 6.* Multa enim expediunt Eccleſiæ diviti, quæ non expediunt pauperi: Et quæ de novo emergũt, de novo indigent auxilio *L. de ætate. 11. §. ex cauſa. 8. π de inter. act. & c. ſciſcitatus. 13. & ibi gl. de reſcr.* Matth. Coler. *in c paſtoral. n. 8. de exceptionib.* † Idq; notiſſima Germaniæ conſuetudine receptum eſſe teſtatur Mynſ. *cent. 5. obſ. 47. num. 6. &* Borch. *de feud. c. 6. n. 26.* † Semel autem res infeudari ſolita Eccleſiæ bonis incorporata, non habetur amplius pro infeudari ſolita, Dd. commun. *in cap. 1. de his qui feud dar. poſſ. 1. F. 1.* Mart. Laud. *in c. 1. num. 13. Epiſc. vel Abbat. 1. F. 6.* Jul. Clar. *§. feudum. quæſt. 13. n. 3.* & ideò, ſi poſteà rurſus in feudũ detur, neceſſe eſt ut intercedant debitæ ſolennitates *cap. ut ſuper.*

45 46

*de reb. Eccleſ. alien vel non.* Sonsbec. *de feud. par.*
47 *8. num. 7.* †Rem incorporatam dici puto, quæ bonis Eccleſiæ adſcripta eſt, per *l. ult. C. de bon. vacant. lib 10. & ibi* Bart. fac. *text. in c. cum Apoſtolica. de his qu. fiunt à Præl. ſin. conſ. Cap.* Zal. *d. part. 5. nu. 50.* Clar. *d. quæſt. 13. n. 4.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 41. conf.* Vult. *in d. c. 5. n. 14. v. incorporatã autem.* Quod communiter receptum eſſe notat Clar. *in d. quæſt. 13. n. 4.* & Borch. *d. c. 6. n. 28. inf.*

## CAP. LXXX.

## QUANDO RES ECCLESIASTICA dicatur ſolita infeudari

Summaria.

1 *An conſuetudine induci poſſit, ut clericus ante prohibitionem Urbani Pontificis non dare ſolitus feudum dare poſſit.*

2 *Negativa opinio, & ejus argumenta. Contrarium defenditur, num. 8.*

3 *Conſuetudo contra prohibitionem Legis induci nequit.*

4 *Res divino cultui dedicatæ non debent prophanari*

5 *Conſuetudo pernicioſa Eccleſiæ non ferenda. Etiamſi juramento confirmetur. num. 6.*

7 *Laici Decimas obtinere nequeunt.*

9 *Antiquus ille rerum Eccleſiaſticarum infeudandarum mos ob juſtam & probabilem rationem introductus eſt.*

10 Feuda

10 *Feuda cur inſtituta.*

11 *Ob æs alienum res Eccleſiarum hodie in feudum dantur.*

12 *Tempore Urbani alia rerum erat facies.*

13 *Conſtitutio Urbani favorabilis eſt.*

14 *Effectus Conſuetudinis.*

15 *Quando Eccleſiæ dicatur ſolita infeudari variè ſentiunt Interpretes*

*Prima opinio. num. 16.*

*Improbatur. num. 18.*

*Altera opinio, num. 20.*

*Probatur, num. 34.*

*Tertia Opinio, num. 29.*

*Rejicitur, num. 30.*

*Quarta opinio, num. 31.*

*Quinta opinio. num. 33.*

17 *Tempus immemoriale habet vim privilegij, declaratur. num. 19.*

21 *Ad inducendam conſuetudinem contra Eccleſiam quantum temporis requiratur.*

22 *Actiones Eccleſiis competentes ob res alienatas 40. annis præſcribuntur.*

23 *Res Eccleſiarum cur præſcribantur.*

24 *Ad conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiarum quæ requirantur. & num. 25. 26.*

27 *Solitum quid dicatur. & num. ſequ.*

32 *Per infeudationem Prælatus Eccleſiæ acquirit Vaſallos.*

ANtequam diſcutiamus: quando res Ec-
cleſiaſtica dicatur ſolita infeudari, videbi-
1 mus † num contra conſtitutionē Urbani II. qui
Pontificatum Romanū iniit Anno à nato Chri-
ſto. 1110. Vult. *lib. 1. Feud. c. 3. n. 10.* Conſuetudo
induci poſſit, ut res olim prohibitæ in feud. dari,
2 hodie legitimè infeudentur? † Et quod conſue-
tudo non poſſit induci, videtur probari poſſe. I.
per text. *in c. 1. Epiſ vel Abbat. 1. F. 6.* qui palā de-
cernit jure non valere, ſi quid in feudum detur
ab Eccleſiaſticis perſonis, quæ antiquitus ſolitæ
3 non ſunt infeudare, † & ideò ea, quæ contra Le-
gis prohibitionem fiunt, utiquè pro infectis ha-
beri debent, *L. jubemus. 14. §. ſanè. inf. C. de SS.*
*Eccl. c. quæ contra. 64.* ubi Dyn. *de Reg. jur in 6. l.*
*non dubium 5. C. de leg.* Schneid. *in §. ex non ſcrip.*
4 *n. 3. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* II. Quia res divi-
no cultui mancipatæ non debent prophanis uſi-
bus applicari. Nam omne quod Domino conſe-
cratur, ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager,
vel quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctū
Sanctorum efficitur Domino, & ad jus pertinet
ſacerdotum *c. nulli liceat 12. qu. 2.* Igitur quod ſe-
mel dicatū eſt Deo, ad humanos uſus transferri
non poterit amplius, *c. ſemel dicatū Deo. 51. de reg.*
*jur. in 6. c. mancipia. de rer. permut.* & ſecundū le-
ges, ſemel res ſacra facta, permanet ſacra. *§. ſacræ*
*res. 8. Inſt. de rer diviſ. l. in tantum. 8. §. ſacræ autē*
*3. ff. de diviſ. rer. & qual. l. ade ſacra 73. π. de contr.*
5 *emtione.* † III. Quia conſuetudo hæc habet ra-

dicem vitioſam, & Eccleſiis gravamen infert. *c. 1. de conſuet.* Itaq; non ferenda. *c. ad noſtram audientiam. c. cum venerabilis. de conſuet.* Mala enim conſuetudo tantū abeſt, ut confirmari temporis lapſu debeat. *c. mala. diſt. 8.* † Imò nec jurejurando confirmatur conſuetudinis obſervatio, ſi in 6
Eccleſiæ diſpendiū redundet. *c. 1. de his quæ fiunt à major. part. Capit.* Non enim ut ibi text. inquit juramenta, ſed potiùs perjuria ſunt dicenda, quę contra utilitatem Eccleſiæ & ſanctorum Patrū veniunt inſtituta. IV. Quia Laici nullo modo 7
decimas obtinere poſſunt. *c. quamvis. c. prohibemus. de Decim.* Johan. Ferrar. *in collectan. F. lib. 2. cap. 3.* Zaſ. *de feud. part. 4 n. 26.* Duaren. *de feud. cap. 5. n. 7.* Hanc opinionem ita defendit Baro à Tautenb. *à prin. n. 6. & ſeqq. de his qui feud. dar. poſſ.* ubi tamen excipit caſum neceſſitatis aut evidentis utilitatis. † Quibus non obſtantibus ni- 8
hilominus affirmandum puto, nova Conſuetudine facultatē infeudandi bona Eccleſiæ acquiri poſſe, motus rationibus hiſce. I. Quoniam hodie eadem ratio, quæ olim ante Urbanum locū habere poteſt. † Veriſimile verò eſt, antiquā illā 9
dandi ab Eccleſiaſticis feudi conſuetudinem juſtâ primum ratione fuiſſe introductam, ut videlicet Vaſallorū præſidio ac protectione munita Eccleſia acriùs ſævienti improborum rapacitati & injuriis minus eſſet expoſita, ſecundum gl. *in c. quamvis. verb. conceſſ. de deci.* quā allegat

10 Baro citato loco *n. 13.* † Ideò enim feuda inſtitu-
ta ſunt, ut Reip. ſuæ copiæ conſtarent, hoc eſt, ut
certus eſſet equitum numerus ſemper ad dubia
Reipub. tempora paratus. Piſ. Soac. *in prælud.*
*Feud. c. 5.* Hieron. Garz. *in tract. de fœm. ad feud.*
*recip. c. 12. n. 24. in f.* Ubi ergo eadem ratio, ibi idē
jus quoq; ſtatuendum eſſe translatitium eſt *L. il-*
*lud 32. ff. ad L. Aquil. L. fin. ff. ad L. Falc. l. 1. C. de*
*interd. c. inter corporalia. 2. §. ſicut autem. de tranſ.*
11 *Epiſc.* II. Expreſſi juris eſt, † quod ob æs alienū
etiā hodie res Eccleſiarū in feudū dare licet. tex.
*in c. ad noſtrā. de reb. Eccl. ali. fac. auth. hoc jus por-*
*rectum. & auth. prætereà. C. de SS. Eccl.* Nam & e-
andem ob cauſam prædia minorum, qui ſub tu-
tela vel cura ſunt, diſtrahere licet. *l. 1. §. & ſunt*
*verba 2. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Duaren. *de benef.*
*Eccl. lib. 7 c. 9.* Schneid. *in §. ſacræ. n. 8. Inſt. de rer.*
12 *diviſ.* Mynſ. *decad 8. reſp. 80. n. 5.* † III. Quia tem-
pore Urbani ſic ſtatuere res Eccleſiæ nimirum
exigebant, nunc alia rerum apparente facie con-
trarium exigunt. arg. *l. ſi hominem. 30. ff. mand.*
13 & ibi Dd. † IV. Quia conſtitutio Urbani favora-
bilis fuit, per illam enim rebus omnibus in tutio-
14 rem ſtatum redactis indemnitati ſuæ pariter &
tranquillitati proſpicit Eccleſia. V. Quia magna
vis eſt Conſuetudinis, ut & legem vincat. *§. quib.*
*5. in procem. Inſt. & ibi glo. L. de quib. 32. & ll. ſeqq.*
*ff. de leg.* Duar. *in comment. ibid. cap. 12.* Gail. *lib.*
*2. obſerv. 31. & obſerv. 52.* Inde ex cauſa etiam
damna-

damnata conſuetudo recipi poteſt. Belviſ. & Alvar. *in tit. 1 de his qui feud. dar. poß.* Sonsb. *de feu. part. 8. num. 11. verſ. hoc etiam.* Vult. 1. *Feud. ca. 3.*
15 *num. 11.* His ita prælibatis, ſciendum eſt, non ſine maxima cõtrarietate Doctores reſolvere illám quæſtionem! Quãdo res Eccleſiaſtica dicatur ſolita infeudari? Etenim primò nõnulli cē-
16 ſent, † quando non conſtat de infeudatione rei Eccleſiaſticæ ſolenniter facta, quod tunc ad inducendã talem conſuetudinẽ infeudandi nõ habita diſtinctione actuum requiratur tempus, cujus initii memoria in contrarium non extat. Curt. *de feud. part. 2. qu. 4.* ubi pleniſſimè. Sonsbecc. *d. part. 8. nu. 11. verſ. ſed cum hactenus.* qui & Iohan. Andr. Butr. & Paul. de Caſtro hanc o-
17 pinionem approbaſſe ſcribit. † In hanc autem ſententiam afferunt, quod uſus tanti temporis idem operatur, quod titulus ex conventione. *L. ſi quis diuturno. 10. ff. ſi ſervit. vindic. l. hoc jure. 3. §. ductus aquæ 4. ff. de aqu. quotid.* Imò vetuſtas tanti temporis, cujus initii memoria nõ extat, habet vim privilegii, & conceſſionis, adeoq; pro veritate eſt. *c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ff. de verb. ſignif. d. l. hoc jure. §. ductus aquæ. c. 1. de præſcript. in 6.* ubi non præſcribitur res Eccleſiaſtica, quãdo præſcribenti contrarium eſt jus cõmune, niſi per tantum tempus, cujus initii memoria non extat. Schurpff. *cent. 3. conſil. 43. nu. 4.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 30. & cent. 5. obſ. 29. n. 13.* Gail.

*in tract.de Arreſt.c.7.num.16.* Forcat. *in Necyom. dial.85.nu.2.* Quam opinionẽ procedere, quando infeudatio facta, manifeſtè damnoſa eſt Eccleſiæ, vult Bald. *in tit. de his qui feud. dar. poſ.* Sonsb. *d.part.8.n.11.* Schneid. *de feu.part.3.n.32*

18 † Id quod refellit Iacob. de S.G. *in ſua inveſt. in verb.in feud.n.37.* & Baro à Tautem, *in c.1.a prin. n.20.1.F.1.* quia, quãdo infeudatio eſſet damnoſa Eccleſiæ, nõ induceretur cõſuetudo etiã per tẽpus, cujus initii memoria nõ exiſtit in contrariũ, per text. *in c.1.de conſuet. lib.6.* Malè enim adinventę, malæq; cõſuetudines, neq; ex longo tẽpore, neq; ex longa cõſuetudine cõfirmantur. *Novell.134.c.1. verſ.malè enim.* Nam quod ratione caret, extirpari neceſſe eſt. *c.Chorepiſcopi.68. di-*

19 *ſtinct.* † Nec impedit ſi dicatur, quod tale tẽpus habeat vim privilegii. Etenim reſpõdetur, quod jura ibi allegata debẽt limitari, niſi cõſuetudo ſit minus damnoſa Eccleſiæ, *d.c.1.de conſuetud.in 6.*

20 † Alii exiſtimãt, ad introducendã conſuetudinẽ infeudãdi bona Eccleſiæ requiri curſum 40. annorum. Jacob.de Belviſ. & Præpoſ. *in tit. de his qui feud.dar.poſ.* Jacob.de S.Georg. *in d.verb.in feudum, nu.37.* *Zas. de feud.part.5.n.52.* Schneid. *eod.tract.part.3.n.32* Gemmel.in compend.*feud. part.4.fol.22.* Quam opinionem cõmuniter eſſe receptam tenet Julius Clarus. *§.feudũ.qu.13.n.4.* & uſu obſervari ſcribit Zas. modò citato loco.

21 † Iſti nituntur hoc argumento: quotieſcumq;

contra

contra jus Canonicum inducitur conſuetudo, quadraginta anni requirũtur. Ita not. gl. & Dd. *in cap. fin. de conſuet. c. cũ Eccleſia. 3. inf. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. auditis. 15. §. 1. de præſcrip. cap. placuit. 15. §. quas actiones. 16. qu. 3.* Bald. *in authen. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* Franciſc. Balb. *tractat. præſcript. part. 1. princ. 5. num. 3.* Schurpff. *cent. 3. conſ. 41. num. 8.* Gail. *lib. 2. obſervat. 31. num. 3.* Schneid. *in §. ex non ſcripto. num. 5. Inſtitut. de jur. nat. gent. & civil.* At conſuetudo infeudandi bona Eccleſiaſtica eſt contra jus Canonicum, quo regulariter res Eccleſiaſticæ alienari prohibentur. *cap. nulli de rebus Eccleſiaſt. alien. vel non. L. jubemus nulli, 14. C. de SS. Eccleſ.* Ergò cum per infeudationem utile dominium in Vaſallum transferatur, *cap. 1. §. imprimis. in quibus cauſis feud. amit. c. 1. §. 1. de inveſtit. de re alien. fact.* neceſſaria eſt 40 annorum præſcriptio. † Hanc ſententiam ju- 22
vat, quòd actiones Eccleſiis competentes, ob res alienatas etiam ſpacio 40. annorum tàm de jure civili. *authen. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* Novell. *III.* quàm de jure Canonico *c. de quarta, c. ad aures. de præſcript.* præſcribuntur. Balb. *d. tract. præſcript. part. 3. part. princ. 4. qu. 2. & part. 1. part. pr. num. 1.* Petr. Gregor. *in meth. jur. lib. 2. cap. 8. nu. 5.* Schurpf. *d. conſil. 41. num. 8.* Eberhard. *in Topic. loc. ab Eccleſ. ad pia loca. n. 2.* † Et ratio, quare res Eccleſiæ præſcribantur 23
hæc

hæc eſt! quia ipſarum alienatio non eſt prohibita ſimpliciter, ſed cũ ſolẽnitate certa, de qua *in c. ſine exceptione 12. q. 2. c. nulli. de reb. Eccleſ. alie.* quo caſu non cenſetur prohibita pręſcriptio vel uſucapio, licet ſecus, ubi prohibitio eſſet ſimplex. gl. & Dd. *in l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. neceſ. non eſt.* Ergò eodem modo ad inducẽdam conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiæ ſine debitis ſolennitatibus requiritur ſpaciũ 40. annorum eò, quia alienatio, & ſic datio in feudũ & acquiſitio per pręſcriptionẽ correlativa ſunt, adeò ut uno poſito ponatur alterum, & uno remoto, removeatur aliud. Jacob. de Belviſ. & Martin. Laudens. *in tit. de his qui feud. dar. poſ.*

24 † Ad inducendam verò iſtam conſuetudinem requiruntur & alia, ut quod Conſuetudo ſit rationabilis, & nõ damnoſa Eccleſiæ, *c. 1. de cõſuet. in 6. l. quod non ratione. 39. ff. de legib.* Optima enim eſt conſuetudo, quæ à natura, & à ratione naturali ducitur. *cap. 1. verſ. quomodo enim. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. c. mala. diſtinct. 8. et c. ſequ.* Mynſ. *in § ſine ſcripto. nu. 4. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Sichard. *ad rubr. C. qu. ſit long. conſuetud.* Eman. Soar. *theſaur. recept. ſent. lit. C.*

25 *num. 284.* † Deinde requiritur tacitus conſenſus Capituli, ſicut aliâs ad inducendam conſuetudinem iſte in populo requiritur. *L. de quibus*

7 *32. ff. de legib. c. fin. de conſuetud.* † Prætereà requirunt Dd. binum actum, videlicet quod ſaltem bis

tem his in quadraginta annis illa res Eccleſiaſtica fuerit infeudata. *arg. l. nemo. 3. inf. junct. gl. C. de Epiſc. audient.* Jacob. de Belviſ. *tit. de his qui feud. dar. poſs.* Zas. *d. loco.* Borch. *d. c. 6. num. 23.* Jacobin. de S. Georg. *d. num. 37.* Anton. Gabriel. Roman, *tit. de locat. concl. 1. num. 3. com. opin.* Eſtq́; hujus ratio, quod Cõſuetudines Feudales, ut Prælati ſuarum Eccleſiarũ res infeudare poſſint, requirunt antiquam conſuetudinem. Ad conſuetudinem verò actuum frequentia requiritur. *L. 1. C. quæ ſit long. conſuet. l. an in totum. 3. C. de ædific. priv.* † Facit pro iſta doctrina quod 27
ſolitum nõ dicatur, quod ſemel tantùm factum fuit, ut notat Bl. *in l. item lapilli. verſ. octavò quaritur. ff. de rer. diviſ. & qual.* & idem *in l. binos. in f. C. de advoc. diverſ. jud.* Neque huic adverſatur, quod juxta Bart. *in l. Mela. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* ſolitum verificatur in uno actu, conſuetum verò in duobus. † Nam crebriori in- 28
terpretum calculo eſt traditum, ſolitum nõ verificari in uno actu, quemadmodum videre eſt apud Gabriel. *d. tit. locat.* Dein in materia Feudorum hæc differentia non attenditur, cum jura Feudalia promiſcuè utantur hiſce vocabulis, ut in *cap. 1. 1. Feud. 1.* dicitur, ſi antiquitus fuerit conſuetudo. & *in c. 1. Epiſcopo. vel Abbat. 1. F. 6.* ponitur dictio ſolitum, ibi, nõ ſit ſolita in feudum dari. Id quod declarat Curtius *in 4. q. part. 2. de feud.* Minus reſiſtit, quod diſpoſitio ſimpliciter

conſuetudo non omninò contra legem eſt inducta: quia alienatio rerum Eccleſiaſticarum ſimpliciter prohibita nõ eſt. *c. ſine exceptione. 12. q. 2. nulli. de reb. Eccleſ. non alie.* Præterea ex ejuſmodi infeudatione Eccleſiæ grave præjudicium non oritur, imò magis ad acquiſitionem Eccleſiæ tendit. † Etenim per eam Eccleſiæ Vaſalli 32
acquiruntur, & ſpecies jurisdictionis per text. & ibi gl. *in l. fin. C. de emancip. liber. cap. 1. §. præterea ſi inter. de prohib. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55.* & per illum bona ab Eccleſia radicitus nõ alienantur. Bald. *in ca. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod. feud. amit.* ſed remanẽte dominio directo penes Eccleſiam, ſervitia Vaſalli ſuccedunt in locum fructuum, ut qui occaſione feudi præſtẽtur. Bald. *in c. 1. §. ſi. quis per triginta. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. 2. F. 26.* Et hanc opinionem eatenus procedere, quatenus Eccleſiæ ex tali infeudatione non oritur grave præjudicium, vult Ant. Gabriel. *d. loc. num. 53.* † Quin- 33
tò ſunt, qui judicis arbitrio relinquũt, quãdo res Eccleſiæ dicatur ſolita infeudari. Duar. *in ſuo tract. feud. c. 5. n. 6. & in com. de legib. c. 11. arg. l. 1. ff. de jur. de liber.* & quia conſuetudo nõ eſt privati hominis, ſed populi uſus. Ad poſteriores haſce opiniones, quid reſpõdendum ſit, ex iis quę ſupra pro confirmatione ſecundæ opinionis adducta fuerunt, facilè colligi poteſt. † Ego 34
itàque ut in hac opinionum varietate certi aliquid de-

quid definiam, ſentētiam ſecūdo loco allatam, quæ eſt ſummi Feudiſtæ Jacobi de Belviſo, cui in materia feudali, quando ſunt contrariæ opiniones Doctorum, juxta Ferrar Montan. *in collectan. Feudor. lib. 1. cap. 2. & lib. 4. ca. 5.* & Robert. Marant. *in pract. judic. part. 3. num. 84.* credendum eſt potiùs, quàm aliis, amplectendam ſtatuo. Illa ſiquidem non modò textibus juris & melioribus rationibus ſundatur, verùm etiam de conſuetudine & uſu comprobatur, ut ex ſupra adductis videre eſt.

## Cap. LXXXI.

### NUM PRÆLATUS FEUDUM, quod ad Eccleſiam redierit, conſanguineis ſuis æquè ac extraneis concedere poſſit.

Summaria.

1 *Negativa opinio.*
*Ejus fundamenta. num. 2. & ſeq.*
4 *Affirmativa ſententia.*
*Hujus fundamenta. num. 5. & ſeq.*
*Recipitur & defenditur, num. 9.*
7 *Alia opinio.*
8 *Alia opinio.*
10 *Intellectus. auth. quibuſcumq; modis. C. de SS. Eccleſ.*
11 *Communis ſententia inſtar conſuetudinis eſt.*

Ardua

ARdua ac difficilis eſt controverſia! Num-
quid Prælatus res ſolitas infeudari, & ad
Eccleſiam reverſas non modò extraneis, ſed &
conſanguineis ac affinibus ſuis infeudare poſ-
ſit? De hac cõtroverſia quatuor opiniones Do-
ctorũ circumferri legimus. † Primò nonnul- 1
li putant, infeudationem à Prælato conſangui-
neis ſuis factam omninò & ſimpliciter nõ ſub-
ſiſtere. Gloſſ. *in.c.1.§.hæc omnia.verb.in elerico-
rum.ſi de inveſtit.int.dom.& Vaſal. lis oriat. & gl.
in.c.1.in verb. Archiepiſcop.qui ſucceſſ. feud. dar.
ten*, quam ſequitur ibi Martin. Lauden. *num. 8.*
Idem de jure tenet Bald. *in auth. quibuſcumque
modis. C. de SS. Eccleſ.* licet de conſuetudine.
contrarium dicat. † Movetur primò per text. 2
*in d.auth.quibuſcumque modis*, & in Novell. Ju-
ſtin.*120.cap.5.§. Oeconomis*, ubi non tantùm Oe-
conomis, ſed & ipſorum filiis, patribus, & aliis
agnatis prohibetur res Eccleſiæ in Emphyteu-
ſin capere. Sed argumentum ab Emphyteuſi
ad feudum eſt probabile, utiliſſimũ, & frequen-
tiſſimum, cum ſint ejuſdem naturæ ſecundum
Speculat. *in tit. de feudo. §. quoniam*, quem alle-
gat Everh. in *Topic. legal. loc. à feud. ad Emphyt.
num. 1.* Si ergo hoc de Emphyteuſi cõſtitutum
eſt, quæ ſimilis eſt feudo, cur idem de infeuda-
tione non conſtituemus? Quæ lex Canonizata
eſt. *c. ea enim quæ. verſic. quibuſcumque modis. 10.
q. 2.* Hujus ratio eſt, quia favorabiliores ſunt

homines in perſonis cõjunctis ad fraudandã Eccleſiã, ut dixit Bald. *in d. auth. quibuſcumq; modis. n. 4.* text⁹ ad hoc eſt *in l. nihil. 50. §. ſed nũquid. 2. verſ. facilior. ff. de bon. libert.* conſanguinitas enim vel merita ſuſpicionẽ inducũt, *L. ſemper. 23. qui & à quib. manumiß. l. cum quis. 37. §. pen. ff. de legat. 3. l. qui teſtamenta. 27. ff. de probat. gl. in c. 1. verb. occulta, ut Eccleſ. benef.* cum ſanguineus quaſi pars de corpore cõſanguinei eſſe dicatur.
3 *L. cum ſcimus. 22. ad fin. C. de agric. & cenſ. lib.* 11 † Affertur pro ſecũdo argumẽto, quod Prælati Eccleſiarũ profuſa quadam liberalitate erga ſuos propinquos uti ſolent. *c. pervenit. 1. q. 3. junct. gl. in verb. gravius peccãt*, ubi dicitur, quod Epiſcopi gravius peccent, ſi res Eccleſiarum in conſanguineos ſuos potius, quãm in alios cóferant, cum cæci ſint Epiſcopi circa nepotes & cõſanguineos ſuos, quærentes eos divites reddere ex reditibus Eccleſiæ. Idq; verum eſſe uſq; adeò, ut ſummus etiam Pontifex ipſe mortaliter delinquere dicatur, ſi res Eccleſiæ alienet, in caſu minus licito, veluti ſi agnatis vel amicis eas largia-
4 tur, ait Archidiaconus in *c. nõ liceat Papæ 12, q. 2.* † Alii cenſent, nihil obeſſe, quo minus Prælatus vel Epiſcopus feudum Eccleſiæ agnato ſuo cóferat, dummòdo talis infeudatio nõ ſit multùm oneroſa Eccleſiæ vel aliàs ſuſpecta. Bald. *in c. 1. à prin. de his qui feud. dar. poß.* Jacob. de Belviſ. *in cap. 1. verſ. quærit gloſſa, qui ſucceß. feud. dar. ten.*

Mynſing.

Mynſing. *cent.5. obſ.47.* Hartm. Piſtor. *qui feud. 27.nu.* 22. Everhard. *in Topic.loc. à feud. ad Emphyt.num.20.* Zas. *de feud.part.5.nu.51.* Schneid. *de feud.part.3. num.42.* Borch. *de feud. cap. 6. num.31.* Iſti adducunt primò † textum in *c.relatum. 12.de teſtam.* ubi dignòſcitur, quod clericus de bonis mobilibus per Eccleſiam acquiſitis poſſit aliquid conferre benè meritis ſecundum modum ſervitii præſtiti, ſive hi conſanguinei ſint, ſive extranei. † Deinde adducunt textum in *c. dilecto. 25. à prin. de præbend. & dignit.* & quæ ibidem notant CC. dicentes, quod Præſules Eccleſiarum, & alii Prælati beneficia Eccleſiaſtica iis potiùs, quos vel ſanguinis, vel affinitatis propinquitate attingunt, quàm extraneis conferre debeant &c. ceſſante enim fraude, ſatius eſt conſanguineis ſubvenire, quàm extraneis. Panorm. *in c.ſuper. num 19. de reb. Eccleſ. non alien.* cum naturale ſit, ut propinquos & cognatos noſtros chariores habeamus. *c. non æſtimemus. 13. quæſt. 2.* ut non immeritò Tullius *lib. 1. offic.* ſcriptum reliquiſſe videatur; in beneficiis conferendis obſervandos eſſe gradus ſocietatis hominum, ut ſicut quiſq; eſt nobis cõjunctiſſimus, ita plurimũ ipſi tribuamus, ſanguinis enim conjunctio (inquit) & benevolentia devincit charitate homines, magnumq; eſt eadem habere monumenta majorum, iiſdem uti ſacris, & ſepulchra habere cõmunia &c. Et

5

6

dicit. *gl. in c. 1. verb. in clericorum. ſi de inveſt. int. dom. et vaſal. lis oriat.* quod hodiè potiùs agnatis, quàm aliis: beneficia à Prælatis conceduntur. Imò Chriſtus ipſe conſanguineos ſuos viros honeſtos in Apoſtolos elegit. Zas. *ſupra citato loco.* & cur non Prælatus magis favebit cognatis, quàm extraneis? *Arg. l. cum acutiſſimi. 30. C. de*
7 *fideicom.* III. Quidam opinantur Prælatum res Eccleſiarum Agnatis ſuis infeudare poſſe, nō quidem in perpetuum, ſed ad tempus duntaxat, veluti ad ſecundam vel tertiam generationem. Bart *in auth. quibuſcumque modis. C. de SS. Ec-*
8 *cleſ.* IV. Denique alii arbitrantur, quod in perpetuū etiam valeat ejuſmodi infeudatio, dummodò adhibitis ſolennitatibus & Eccleſiæ utiliter fiat. Andr. de Iſern. *in c. 1. qui ſucceſſor. feud.*
9 *dar. ten.* † In tanta varietate Opinionem ego exiſtimo veriorem & juri cōvenientiorem eſſe ſententiam ſecundo loco allatam, quòd ſcilicet Prælatus, licet rem Eccleſiaſticam in feudum de novo concedere non poſſit, ne quidem propinquis & conſanguineis ſuis, rem tamen aliâs ſolitam infeudari cognatis etiam & conjunctis perſonis concedere non prohibeatur. Panorm. *in d. c. ut ſuper. num. 18. & ſequ.* ubi iuris civilis
10 interpretes in reprehenſionem vocat, dicens ipſorum doctrinæ, † quam ex textu, *de auth. quibuſcumque modis.* extruere conantur, locum non eſſe relictum in Prælatis Eccleſiarum, cum

ii hoc

ii hoc ſpeciali privilegio gaudeant, quod poſſint res Eccleſiæ abſq; ipſius utilitate alienare, & ſatis ſuperq́; ſit, ut ejuſmodi alienatio in Eccleſiæ detrimentum non redundet, per text. ſingularẽ. *in c. ſi quis qualibet, junct. c. præced. 12. qu. 2.* ſecus autem ſit in Oeconomo, de quo *d. auth. quibuscumq́; modis*, loquitur quaſi is tantum Privilegii non habeat, magisq́; ſuſpectus ſit, quàm Prælatus vel Epiſcopus. Sed meliùs juxta Duaren. *de feud. c. 6. n. 5.* reſpõdetur, nos hîc loqui de rebus, quæ ſolitæ ſunt infeudari: Juſtinianum verò de Emphyteuſi, quæ non poteſt in feudum dari. Et licet gloſſa ſuperius allegata velit, cõſanguineo feudum dari non poſſe, tamen quando perſona Eccleſiæ non eſt oneroſa, vel ſi de hoc eſt cõſuetudo, & ſic recipitur ſervitiũ, Prælatus conſanguineũ infeudare non prohiberi, benè reſpõdet Baldus in *c. 1 n. 9. F. 1.* Iſtam opinionem ut magis communẽ Zas. Schneid. & Borch. *dictis locis*, & ut veriorẽ, quæ ſcripto & manifeſto jure nititur, Curt. *part. 1. p. prin. 2. q. 7.* Hieron. Giacch. *in addit. ad Jul. Clar. & feudum. q. 13. n. 5.* de conſuetudine ſervari atteſtatur Clar. *in d. q. 13. n. 5.* ubi ſubdit, hanc Conſuetudinẽ non eſſe prorſus improbandã, modò iſti cognati ſeu adfines ſint aliâs probi & idonei. Sed caveât Prælati, ne dum proximos ſuos immeritò bonis Eccleſiaſticis ditare contendunt, ipſi eorũ & ſuas animas illaqueant in æternã damnationẽ. Conſequens ergo

illi tàm in conſulendo, quàm in judicando fir-miter inſiſtendum eſſe.per text. *L.1. à prin. verſ. & ſanc. crebrior. ff. de offic. quæſt. L. Athletas. 4. à princ. verſ. & generaliter. de his qui not. infam. c. prudētiam. de offic. & poteſt. jud. deleg. c. novimus. de verb. ſignif.* † Siquidem cōmunis & crebrio-
11 ri interpretum ſuffragio recepta ſentētia Con-ſuetudinis quodammodo inſtar obtinet. Bald. *in c. ne innitaris. de conſtitut.* Hart. Piſtor. *quæſt. civil. 30. num. 7.*

## CAP. LXXXII.

## AN ECCLESIA ET MONASTERIUM poſſint habere feuda à Laicis.

Summaria.

1 *Eccleſia nunquam moritur.*
2 *Eccleſia accipit feudum.*
3 *Prælatus nomine Eccleſiæ jurat fidelitatem.*
4 *Prælatus videtur poſſidere nomine Eccleſiæ.*
5 *Prælati delictum Eccleſiæ ad tempus nocet.*
6 *Ob aliena delicta quis gravari non debet.*
7 *Feudum Prælati ob non petitam inveſtituram amiſſum vivente Prælato apud Dominum remanet.*
8 *Si Prælatus ob delictum dignitate cadat, feudum ſtatim ad ejus ſucceſſorem non ad Dominum pertinet.*
9 *Reſpondetur objectioni.*

Quæri-

QUæritur utrum Eccleſia & Monaſterium feuda habere poſſint? † Et dicendum videtur quod non, quoniam Eccleſia, ut & Monaſterium nunquam moritur. *cap. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. cap. libert. 12. quæſt. 2.* & ita non eſt ſpes, quod feudum aliquando ad dominum reverteretur. *cap. 1. §. inde poteſt. de alienat. feud. 1. Feud.* 13. † Contrarium tamen verius & expreſsè deciſum eſt in uſibus Feudorum, ut *in cap. 1. §. fin. de capit. Corrad. 2. F. 40.* quod & jus Canonicum admittit, text. *in c. 1. §. verum quãdo de ſtat. regul. lib. 6.* ubi eſt caſus, quod Abbatiſſa ſeu Prioriſſa pro feudo, quod monaſterium à Principe vel Domino ſeculari tenet, ſi non poteſt per procuratorẽ juramentũ fidelitatis præſtare, ipſa jurabit perſonaliter. Panorm. *in c. veniens, de accuſat.* Jacobin. de S. Georg. *verb. in feudum. num. 36.* Schneid. *de feud. part. 3. num.* 105. Gemmel, *in compend. jur. Feud. part 5. in f.* Eſt verò Eccleſia feudum ab aliquo tenens ipſo jure à juramento fidelitatis ſoluta. *c. de negocio. titul. extraordin. 101,* & ibi Jacobin. Cujac. † Sed ejus nomine Prælatus jurabit, *d. c. 1. §. verum quãdo* † qui Eccleſiæ nomine poſſidere videtur. Fernand. Vaſqu. *illuſt. contr. c. 105. nu. 121,* Ideoq́; nec feudo privanda erit Eccleſia, niſi non ſtetiſſet pacto, quod per naturam eſt, & neminem non ligat, & ſic contra legem jus naturæ, & gentium, & ipſum hominẽ fecerit, quod ipſi

1 (beside "feuda habere poſſint? † Et dicendum vi-")
2 (beside "Feud. 13. † Contrarium")
3 (beside "† Sed ejus nomine")
4 (beside "rum quãdo † qui")

ſeu juſtitiæ & æquitatis matri & cultrici, *cap. 1 verſ. Eccleſia enim. de alien. feud. 13.* minimè licebit. Hinc Baldus inquit in *l. ſed etſi. §. liberto, ff. de in jus vocand.* quod Eccleſia Romana licet dicatur mater Imperii, tamen quando feudum tantum habet ab Eccleſia, dicitur ejus Vaſalla,
5 ut refert Curt. *de feud part. 1. qu. 2. nu. 5.* † Prælatus ſi Feloniam commiſerit, ut feudum amitti debeat, in ipſum ingratitudo redundabit, Eccleſiæ jure ſalvo, ita quod propter delictum illius Eccleſia amittat feudum, donec Prælatus vivit, & ita illud revertatur ad dominum. At mortuo Prælato, qui feloniam commiſit, reſtituitur feudũ Eccleſiæ. text. in *d. cap. 1. §. fin. de Capit. Corrad. 2. Feud. 40.* Dyn. *in c. delictũ perſonæ. 76. de reg. jur. in 6.* Hart. Hartm. *tit. de feud. 54. obſ. 4.* Ferrar. Montan. *lib. 1. Feud. cap. 6.* Zas. *in Epit. Feud. part. 10. num. 70.* Franciſc. Duar. *cap. 15. num. 6.* Obrecht. *de feud. cap. 4. num. 64. & cap. fin. num. 60.* Idemq; ſi civitas feudũ teneat, & pars quædã feloniã adverſus Dominum cõmittat, ejus nomine feudũ nõ amittitur, quoniã
6 innocẽtiũ melior cõditio eſt, † nec ob aliena delicta gravari debent. Bald. *in c. 1. quib. mod. feud. amit.* Alvar. *in c. 1. quib. mod. §. fin. qu. fu. prin. cau. benef. amit.* Jacob. de S. Georg. *in verb. dictique*
7 *Vaſalli. n. 54.* Zas. *d. part. 10. num. 71.* † Similiter ſi Prælatus Eccleſiæ feudo privetur ob non petitã infra legitima tẽpora inveſtiturã vita ej⁹ comite & ad-

& adminiſtratione durante, feudum Domino cedet, juxta opinionem Alvar. *in d. c. 1. §. fin. de cap. Corrad.* † Prælatus delinquens ſi dignitate 8 moveatur, feudum non expectata ejus morte, ſed illicò ad ſucceſſorem excluſo domino pertinebit, per argum. à contrario ſenſu. *d. c. 1. §. fin.* quod fortiſſimum cenſetur *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt. jurisd.* Stephan de Pheder. *de legib. interpr. fol. mihi 165.* Everh. in Topic. *legal. loc. à contrar. ſenſ. à princ.* Nam textus ibi copulativè & vitam prælati, & ejus in prælatura adminiſtrationem reſpexit. Baro à Tautenb *in d. c. 1. §. fin. num. 1. de cap. Corrad.* † Non impedit, quod Ec- 6 cleſia non moriatur: ideoque ſit feudi incapax. Quia propter Prælati delictum Eccleſia privatur feudo, quam diu is vivit, ut modò dictum eſt. Hart. Hartm. *pract. obſerv. tit. 54. de feud. obſer. 3. num. 3.*

## Cap. LXXXIII.

## AN CLERICUS FEUDUM ACCIpere poſſit.

### Summaria.

1 *Prima opinio.*
2 *Secunda opinio.*
3 *Zaſius reſpondet argumento contrario.*
4 *Alia opinio, quæ recipitur, num. 5.*
6 *Diluuntur argumenta contraria.*

7 *Feudum datum clerico ab ignorante eum talem eſſe. revocatur.*

AN Clericus accipere poſſit feudum, Do-
1 ctores mirificè variant. † Primò aliqui concludunt, clericos feuda habere omnino non poſſe per *c. 1. §. qui clericus. ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn. Vaſ. 2. F. 26. cap. 1. an mut. vel al. imperf. c. 1. de fed. fœm. 2. F. 30.* quod & piam rationem habet, nemo enim militans Deo ſecularibus ſeſe negociis implicet *c. 1. de Vaſal. mil. qui arm. bell. depoſ. c. & jure & moribus tit. extraord. 109. c. placuit. 21. q 3. cau. quoniam. diſt. 10.* vel ſecularia poſſideat, *cap. clericus. c. cui portio. c. duo. 12. q. 1.* & quia clericus juriſdictioni Laicorum contra diſpoſitionem *c ſi diligenti de for. compet.* ſe ſubjicere non debet. Ita Felin. Curt. Ruin. Afflict. & alii, quos in hãc ſententiã citat. Mynſ. *cent. 5. obſ. 48. n. 3.* Propter rationes modò allatas, ſi veræ ſint, illos, qui clericos feuda habere poſſe negat, non errare, exiſtimat Zaſius *de feud.*
2 *part. 11. num. 7.* † II. Sunt, qui in hac quæſtione nil certi definiunt, Zaſi. *de feud. part. 5. num. 71.* qui tamen num. ſequ. ne quicquam, quod ſacris literis adverſari poſſit, ſcribat, inclinat in præcedentem opinionem, ex D. Hieronymi verbis dicens, clericum eſſe de ſorte domini, qui divinis officiis & contemplationi deditus, ab omni ſeculariũ ſtrepitu ſemotus eſſe debeat, victu & veſtitu contentus, ut ipſe Dominum poſſideat,

& ab

& ab ipſo Domino poſſideatur *d.c.placuit.c.clericus c. duo ſunt 12. q. 1.* alioqui quomodo portio ſua Dominus erit juxta Pſalmiſtæ verba! qui extra Dominum, iſta ſecularia poſſideat? Certè & in uſibus Feudorum *in c.& jure.tit.extraord.109.* juſtiſſimè & omninò ex chriſtiana ſynceritate cautum eſt, ne feudis implicetur clericus. Verba ita ſe habent: *Et jure & morib. receptum eſt, Vaſallum clericali ſe militiæ dedicantem, feud. amittere. Scriptum eſt enim in divinis Eloquiis: Miles Chriſti, Chriſto ſerviat: ſeculi milites, ſeculo ſerviant.* Hæc Zaſ. † Prioribus, hiſce opinionib. vulgò objici ſolet, quod clericus per ſubſtitutũ ſaltem ſerviat. Ad quam objectionem reſpondet, 3
Zaſ. *in d.part.5.n.71.* quod tale quidem poſſet videri, ac ſi furem quiſpiam excuſet, ſi per ſubſtitutum furetur. Certè quod clericò prohibitũ eſt & ſubſtituto prohiberi intelligitur. Cujus ſententiæ multi ex veteribus & recentioribus juris civilis & Canonici Dd. adſtipulati ſunt, quos magna cum copia citat Curt. Jun. *de feud.part.3. n. 16.* in quorũ ſententiã & ipſe conſcendit *n. 20. & seqq.* Eamq; opinionem communẽ & crebriorem teſtatur Ruin. *in conſ.42. n.9 lib. 1.* quẽ citat Sonsb. *de feud. part.7 n. 3.* III. Sunt, qui tra- 4
dunt clericum feudum capere poſſe, per text. expreſſum *in cap. 1 §. fin. de cap. Corrad. 2. F. 40.* quod & jus Canonicum admittit *c. ex tranſmiſſa, de for. compet.* Ardiz, *in ſum. Feud. cap. 23.* Panorm.

Panorm. *in. c. cæterum. de judic.* Sonsbec. *d. part. 7. num. 3.* Borch, *de feud. cap. 5. num. 49.* præſertim ſi feudum conceſſum ſit francum vel talia contineat ſervitia, quæ clericorum ordinem nō dedeceant, qualia ſunt, ut in arce ſui Domini ſingulis diebus Dominicis concionentur, vel domino privatim certis horis locos ſacrarum literarum difficiliores interpretentur &c. Quod ſi feudum conceſſum contineat ſervitia militaria, puta, ut Vaſallus Dominum equis & armis inſtructus ad bellum comitetur &c. cenſetur hæc gratia à Domino facta clericis, ut per ſubſtitutum, quoniam illis uſus armorum eſt prohibitus *c. 1. & 2. 23. q. 8. & t. tit. de cler. pugn. in duel.* ſerviāt, ex ea ratione, quod qui vult antecedens, vult etiam conſequens. *l. cui juriſdictio 2. ff. de jurisd. omn. jud.* ac propterea clerici feudum jure tenere poſſunt, poteſt enim dominus gratiam facere cui vult. *cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertin.* Hartm. Piſtor. *qu. feud. 33. n. 27.* Jacobin. de S. Georg. in *ſua inveſt. verb. & promiſerunt. num. 16.* Borch. *de feud. c. 5. num. 49.* Hanc opinionem communiter eſſe receptam dicit Zaſius. *d. part. 5. n. 71.* & Schneid. *d. part. 3 num. 105.* illamquè veriorem tenet Weſemb. *de feud. cap. 5. num. 2.* Plurimos hanc ſententiam & legendo & conſulendo amplectentes enumerat Curt. *de feud.*
5 *part. 3. num. 13. & ſequ.* † Inter tot varietates opinionum placet mihi ſententia tertiò & ultimo loco

loco adducta, ut communis ac verior, & quæ fundatur tàm jure Canon. quàm jure Feudali. † 6
Cui opinioni non adverſantur textus *in c.1. §. qui cler. ſi de feud. defunc. cont.2.F.26. c.1.an met. vel al. imperf. in c.1. de feud. fœmin.* qui aſſerunt, clericos feuda habere non poſſe. Quoniam textus illi loquuntur nō de clericis de novo feudū, poſteaquam clerici facti ſunt, acquirere volentibus, ſed de iis, qui cum Laici eſſent, & feuda haberent, poſtea clerici facti ſunt, hi eo ipſo dū votum Religionis aſſumunt, feudum amittunt. Ratio diverſitatis hæc eſt, quia in noſtro caſu ei qui clerico feudum dedit, nihil imputari poteſt, cur ejuſmodi perſonæ feudum concedat, quam ſcit ſervitia militaria præſtare non poſſe. At in textibus contrariis nihil imputari poteſt domino, ſi vaſallus, qui ab initio Laicus fuerit, poſtea factus ſit clericus, & ita inhabilis ad præſtationē ſervitiorum, propter quæ illi feudum conceſſum eſt, quod futurum eſſe ipſe dominus divinare non potuit. Sonsbec. & Borch. *dictis locis.* Hodie tamen, quando Prælati tenent feuda à temporalibus Dominis, Domino ſubveniunt, & contribuunt per æs & libram, id eſt, ſecundū vires patrimonii, *l. omnes C. de oper. publ.* Ita notat Jacobin. de S. Georg. *in d. verb. & promiſerunt. num.16.* †. Ex quo et illud receptū eſt, ut ſi quis 7
feudum det alicui clerico, clericum eſſe neſciens, is feudi à ſe dati revocandi facultatem habeat

*feud. dar. ten.* ne quid excogitetur ab extraneis falſitatis in perniciem domini: quæ ſuſpicio in Paribus ceſſat *c. 1. §. quod autem. verſ. iccircò de not. feud. 2. F. 58.* Martin. Laud. *ad tit. quid ſit inveſtit. n. 10.* Uſquè adeò verò Parium & convaſallorum præſentia neceſſaria eſt, † ut niſi illi 2
teſtes adhibeantur, actus non valeat, dictis textibus. Barò à Tautenb. *in tit. quid ſit inveſtit. à princ. num. 7.* † Dominus tamen omninò ſi Pares 3
non habeat ſufficit extraneos adhibuiſſe, at idoneos per *d. c. 1. quid ſit inveſt. c. 1. §. 1. ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis oriat. c. 1. §. quod autem. de conſuet. rect. feud. d. c. 1. §. quod autem. de not. feud.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. qui quidem. num. 57,* ne probationum facultas anguſtetur. *arg. l. quoniam 21. in fine. C. de heretic.* Idque æquitatis intuitu, ne dominus benè meritum, ſibi beneficio aliquo etiam officii ergo devincire prohibeatur, ob id quod deſiderantur, per quos teſtes hoc utiliter fiat. Hattyſ. *in anal. feud. c. 9.* Schenck Baro *in c. 1. qui teſt. ſint neceſ.* Ferrar. Montan. *lib. 3 c. 1. Feud.* † An in omnibus feudis 4
id verum ſit, dubitant multi. Nam in Eccleſiaſticis feudis à clericis conceſſis inveſtituram fieri poſſe etiam extraneis teſtibus adhibitis, textus feudalis expreſsè probat. Textus eſt *in cap. 1. §. in clericor. ſi de inveſt. int. dom & Vaſ. lis. oriat. 2. Feud. 26.* his verbis: In clericorum feudo pariter accipiuntur Pares & extranei, Idque
ideò,

ideò, quod clerici cum quoſdam de feudo inveſtiant, ſæpè abſconsè & ſine præſentia ſuorũ confratrum hoc facere ſtudent. *d. §. in clericorũ.* Schneid. *de feud. part. 4. num. 24.* Duar. *de feud. cap. 7. num. 3.* Sonsb. *de feud. part. 4. n. 19.* Borch. *de feud. cap. 7. mod. 1. n. 28.* Commune ait Vult. *lib. 1. Feud. cap. 7. num. 28.* ubi dictam rationem
5 plenè examinat. † Huic è diametro adverſatur text. *in c. 1. à princ. qui teſt. ſint neceſſ. ad nov. inveſt. 2. F. 32.* in quo dicitur, ſive clericus ſive Laicus ſit Dominus, ad probandam novam inveſtituram ſemper Pares Curiæ eſſe neceſſarios. Hi textus pugnantes, à variis variè cõciliari ſolent. Jacobin. Cujac. *in c. 1. quid ſit inveſt.* exiſtimat, *in d. c. 1. qui teſt. ſint. neceſſ.* ſaltẽ enumerari quaſdam opiniones, nil decidi. Decidi verò ratione clericorum *in d. §. in clericor.* Quem errare ait
6 Vult. *in d. c. 7. num. 28. verſ. non placet.* † Franciſ. Hottoman. *in d. §. in clericorum* cenſet, *d. §. in clericorum*, non de omnibus feudis Eccleſiaſticis loqui, ſed ſaltem de illis, quæ beneficia ſive ſacerdotia appellantur, quæ furtim & extraneis potiùs quàm confratribus, & collegis Capituli teſtibus adhibitis conferuntur, ne ceteri invidia & æmulatione crucientur, cum alios locupletari, ſe autem relinqui vident. Cujus conjecturam amplectitur & pluribus probat rationib. idem
7 Vult *in d. num. 28, verſ. ſed valdè* † Alii concludunt, nullam inter clericos & Laicos admittendam

dam eſſe differentiam quia *d. c. 1. qui teſt. ſint. neceſſ.* eſt nimis apertum, & quia nullus præterea textus feudalis hujus diſtinctionis meminit: ut meritò *d. §. in clericorum.* relinquendus ſit Delio natatori. † Rejectis omnibus hiſce ſolutionibus rectiùs ſcripſerunt Jacobus de Belvis, Alvarot. Baro à Tautemb, *in d. tit. qui teſt ſint neceſſ.* Equin. Baro *in d. §. in clericorum*, textum oppoſitum loqui de clerico, qui de propriis bonis patrimonialibus alieni inveſtituram facit, quo caſu etiam neceſſariò Pares requiruntur, ceſſat enim tunc ratio *in d. §. in clericorũ.* Nam in rebus propriis clerici pro Laicis habentur. *l. de his clericis 3. C. de Epiſc. & Cleric*, ſecus quando clericus de bonis Eccleſiæ, Abbatiæ vel conventus dat feudũ *d. §. in clericorum.* Adeò verò Eccleſiaſtici inveſtitura coram extraneis fieri poteſt, ut etiam obtineat in inveſtituris antiquorum feudorum gl. & D. *in c. 1. quid ſit inveſtit.* Quoniam feudum antiquum probari poteſt, etiam per alios teſtes, quã Pares Curiæ *c. 1. § de veteri, qui teſt. ſint, neceſſar.* Nam cum notorium ſit, & antiquitus, conſtitutũ jus feudi, probatio nõ tam exacta & idonea in antiquis requiritur prout in novis. Quippe non tam eſt inveſtitura nova, quàm prioris & antiquæ redintegratio ac confirmatio, Weſemb. *de feud. cap. 8. num. 14.* & alii quos ibi citat.

X

dicit. *gl. in c. 1. verb. in clericorum. ſi de inveſt. int. dom. et vaſal. lis oriat.* quod hodiè potiùs agnatis, quàm aliis: beneficia à Prælatis conceduntur. Imò Chriſtus ipſe conſanguineos ſuos viros honeſtos in Apoſtolos elegit. Zas. *ſupra citato loco.* & cur non Prælatus magis favebit cognatis, quàm extraneis? *Arg. l. cum acutiſſimi. 30. C. de*
7 *fideicom.* III. Quidam opinantur Prælatum res Eccleſiarum Agnatis ſuis infeudare poſſe, nō quidem in perpetuum, ſed ad tempus duntaxat, veluti ad ſecundam vel tertiam generationem. Bart *in auth. quibuſcumque modis. C. de SS. Ec-*
8 *cleſ.* IV. Denique alii arbitrantur, quod in perpetuū etiam valeat ejuſmodi infeudatio, dummodò adhibitis ſolennitatibus & Eccleſiæ utiliter fiat. Andr. de Iſern. *in c. 1. qui ſucceſſor. feud.*
9 *dar. ten.* † In tanta varietate Opinionem ego exiſtimo veriorem & juri cōvenientiorem eſſe ſententiam ſecundo loco allatam, quòd ſcilicet Prælatus, licet rem Eccleſiaſticam in feudum de novo concedere non poſſit, ne quidem propinquis & conſanguineis ſuis, rem tamen aliâs ſolitam infeudari cognatis etiam & conjunctis perſonis concedere non prohibeatur. Panorm. *in d. c. ut ſuper. num. 18. & ſequ.* ubi iuris civilis
10 interpretes in reprehenſionem vocat, dicens ipſorum doctrinæ, † quam ex textu, *de auth. quibuſcumque modis*, extruere conantur, locum non eſſe relictum in Prælatis Eccleſiarum, cum

ii hoc

ii hoc ſpeciali privilegio gaudeant, quod poſſint res Eccleſiæ abſq; ipſius utilitate alienare, & ſatis ſuperq; ſit, ut ejuſmodi alienatio in Eccleſiæ detrimentum non redundet, per text. ſingularē. *in c. ſi quis qualibet. junct. c. præced. 12. qu. 2.* ſecus autem ſit in Oeconomo, de quo *d. auth. quibuscumq; modis*, loquitur quaſi is tantum Privilegii non habeat, magisq; ſuſpectus ſit, quàm Prælatus vel Epiſcopus. Sed meliùs juxta Duaren. *de feud. c. 6. n. 5.* reſpõdetur, nos hìc loqui de rebus, quæ ſolitæ ſunt infeudari: Juſtinianum verò de Emphyteuſi, quæ non poteſt in feudum dari. Et licet gloſſa ſuperius allegata velit, cõſanguineo feudum dari non poſſe, tamen quando perſona Eccleſiæ non eſt onerosa, vel ſi de hoc eſt cõſuetudo, & ſic recipitur ſervitiũ, Prælatus conſanguineũ infeudare non prohiberi, benè reſpõdet Baldus in *c. 1 n. 9. F. 1.* Iſtam opinionem ut magis communē Zas. Schneid. & Borch. *dictis locis*, & ut veriorē, quæ ſcripto & manifeſto jure nititur, Curt. *part. 1. p. prin. 2. q. 7.* Hieron. Giacch. *in addit. ad Jul. Clar. & feudum. q. 13. n. 5.* de conſuetudine ſervari atteſtatur Clar. *in d. q. 13. n. 5.* ubi ſubdit, hanc Conſuetudinē non eſſe prorſus improbandã, modò iſti cognati ſeu adfines ſint aliâs probi & idonei. Sed caveãt Prælati, ne dum proximos ſuos immeritò bonis Eccleſiaſticis ditare contendunt, ipſi eorũ & ſuas animas illaqueant in æternã damnationē. Conſequens ergo

illi tàm in conſulendo, quàm in judicando firmiter inſiſtendum eſſe. per text. *L.1. à prin. verſ. & ſanc. crebrior. ff. de offic. quæſt. L. Athletas. 4. à princ. verſ. & generaliter. de his qui not. infam. c. prudẽtiam. de offic. & poteſt. jud. deleg. c. novimus. de verb. ſignif.* † Siquidem cõmunis & crebrio-
11 ri interpretum ſuffragio recepta ſentẽtia Conſuetudinis quodammodo inſtar obtinet. Bald. *in c. ne innitaris. de conſtitut.* Hart. Piſtor. *quæſt. civil. 30. num. 7.*

## CAP. LXXXII.

### AN ECCLESIA ET MONASTERIUM poſſint habere feuda à Laicis.

Summaria.

1 *Eccleſia nunquam moritur.*
2 *Eccleſia accipit feudum.*
3 *Prælatus nomine Eccleſiæ jurat fidelitatem.*
4 *Prælatus videtur poſſidere nomine Eccleſiæ.*
5 *Prælati delictum Eccleſiæ ad tempus nocet.*
6 *Ob aliena delicta quis gravari non debet.*
7 *Feudum Prælati ob non petitam inveſtituram amiſſum vivente Prælato apud Dominum remanet.*
8 *Si Prælatus ob delictum dignitate cadat, feudum ſtatim ad ejus ſucceſſorem non ad Dominum pertinet.*
9 *Reſpondetur objectioni.*

Quæri-

QUæritur utrum Eccleſia & Monaſterium feuda habere poſſint? † Et dicendum videtur quod non, quoniam Eccleſia, ut & Monaſterium nunquam moritur. *cap. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. cap. libert. 12. quæſt. 2.* & ita non eſt ſpes, quod feudum aliquando ad dominum reverteretur. *cap. 1. §. inde poteſt. de alienat. feud. 1. Feud. 13.* † Contrarium tamen verius & expreſsè deciſum eſt in uſibus Feudorum, ut *in cap. 1. §. fin. de capit. Corrad. 2. F. 40.* quod & jus Canonicum admittit, text. *in c. 1. §. verum quãdo de ſtat. regul. lib. 6.* ubi eſt caſus, quod Abbatiſſa ſeu Prioriſſa pro feudo, quod monaſterium à Principe vel Domino ſeculari tenet, ſi non poteſt per procuratorẽ juramentũ fidelitatis præſtare, ipſa jurabit perſonaliter. Panorm. *in c. veniens, de accuſat.* Jacobin. de S. Georg. *verb. in feudum. num. 36.* Schneid. *de feud. part. 3. num. 105.* Gemmel, *in compend. jur. Feud. part. 5. in f.* Eſt verò Eccleſia feudum ab aliquo tenens ipſo jure à juramento fidelitatis ſoluta. *c. de negocio. titul. extraordin. 101.* & ibi Jacobin. Cujac. † Sed ejus nomine Prælatus jurabit. *d. c. 1. §. verum quãdo* † qui Eccleſiæ nomine poſſidere videtur. Fernand. Vaſqu. *illuſt. contr. c. 105. nu. 121,* Ideoq; nec feudo privanda erit Eccleſia, niſi non ſtetiſſet pacto, quod per naturam eſt, & neminem non ligat, & ſic contra legem jus naturæ, & gentium, & ipſum hominẽ fecerit, quod ipſi

(Margin: 1 2 3 4)

ſeu juſtitiæ & æquitatis matri & cultrici. *cap. 1 verſ. Eccleſia enim. de alien. feud. 13.* minime licebit. Hinc Baldus inquit in *l. ſed etſi. §. liberto, ff. de in jus vocand.* quod Eccleſia Romana licet dicatur mater Imperii, tamen quando feudum tantum habet ab Eccleſia, dicitur ejus Vaſalla,
5 ut refert Curt. *de feud part. 1. qu. 2. nu. 5.* † Prælatus ſi Feloniam commiſerit, ut feudum amitti debeat, in ipſum ingratitudo redundabit, Eccleſiæ jure ſalvo, ita quod propter delictum illius Eccleſia amittat feudum, donec Prælatus vivit, & ita illud revertatur ad dominum. At mortuo Prælato, qui feloniam commiſit, reſtituitur feudũ Eccleſiæ. text. in *d. cap. 1. §. fin. de Capit. Corrad. 2. Feud. 40.* Dyn. *in c. delictũ perſonæ. 76. de reg. jur. in 6.* Hart. Hartm. *tit. de feud. 54. obſ. 4.* Ferrar. Montan. *lib. 1. Feud. cap. 6.* Zas. *in Epit. Feud. part. 10. num. 70.* Franciſc. Duar. *cap. 15. num. 6.* Obrecht. *de feud. cap. 4. num. 64. & cap. fin. num. 60.* Idemq; ſi civitas feudũ teneat, & pars quædã feloniã adverſus Dominum cõmittat, ejus nomine feudũ nõ amittitur, quoniã
6 innocẽtiũ melior cõditio eſt, † nec ob aliena delicta gravari debent. Bald. *in c. 1. quib. mod. feud. amit.* Alvar. *in c. 1. quib. mod. §. fin. qu. fu. prin. cau. benef. amit.* Jacob. de S. Georg. *in verb. dictique*
7 *Vaſalli. n. 54.* Zas. *d. part. 10. num. 71.* † Similiter ſi Prælatus Eccleſiæ feudo privetur ob non petitã infra legitima tẽpora inveſtiturã vita ej⁹ comite & ad-

& adminiſtratione durante, feudum Domino cedet, juxta opinionem Alvar. *in d. c. 1. §. fin. de cap. Corrad.* † Prælatus delinquens ſi dignitate 8
moveatur, feudum non expectata ejus morte, ſed illicò ad ſucceſſorem excluſo domino pertinebit, per argum. à contrario ſenſu. *d. c. 1. §. fin.* quod fortiſſimum cenſetur *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt. juriſd.* Stephan de Pheder. *de legib. interpr. fol. mihi 165.* Everh. in Topic. *legal. loc. à contrar. ſenſ. à princ.* Nam textus ibi copulativè & vitam prælati, & ejus in prælatura adminiſtrationem reſpexit. Baro à Tautenb *in d. c. 1. §. fin. num. 1. de cap. Corrad.* † Non impedit, quod Ec- 6
cleſia non moriatur: ideoque ſit feudi incapax. Quia propter Prælati delictum Eccleſia privatur feudo, quam diu is vivit, ut modò dictum eſt. Hart. Hartm. *pract. obſerv. tit. 54. de feud. obſer. 3. num. 3.*

## Cap. LXXXIII.

## AN CLERICUS FEUDUM ACCIpere poſſit.

Summaria.

1 *Prima opinio.*
2 *Secunda opinio.*
3 *Zaſius reſpondet argumento contrario.*
4 *Alia opinio, quæ recipitur, num. 5.*
6 *Diluuntur argumenta contraria.*

7 *Feudum datum clerico ab ignorante eum talem eſſe. revocatur.*

AN Clericus accipere poſſit feudum, Doctores mirificè variant. † Primò aliqui
1 concludunt, clericos feuda habere omnino non poſſe per *c.1.§.qui clericus.ſi de feud.def.cont.ſit int.dom.& agn.Vaſ.2.F.26.cap.1.an mut.vel al.imperf.c.1.de fed.fœm.2.F.30.* quod & piam rationem habet, nemo enim militans Deo ſecularibus ſeſe negociis implicet *c. 1.de Vaſal. mil. qui arm. bell.depoſ. c.& jure & moribus tit. extraord. 109.c. placuit. 21.q 3.cau.quoniam. diſt.10.* vel ſecularia poſſideat,*cap. clericus.c. cui portio. c.duo. 12.q.1.* & quia clericus jurisdictioni Laicorum contra diſpoſitionem *c ſi diligenti de for.compet.* ſe ſubjicere non debet. Ita Felin. Curt. Ruin. Afflict. & alii, quos in hāc ſententiā citat.Mynſ. *cent.5.obſ.48.n.3.* Propter rationes modò allatas, ſi veræ ſint, illos, qui clericos feuda habere poſſe negat, non errare, exiſtimat Zaſius *de feud.*
2 *part.11.num.7.* † II. Sunt,qui in hac quæſtione nil certi definiunt, Zaſi. *de feud part.5.num.71.* qui tamen num. ſequ. ne quicquam,quod ſacris literis adverſari poſſit ſcribat, inclinat in præcedentem opinionem, ex D. Hieronymi verbis dicens, clericum eſſe de ſorte domini, qui divinis officiis & contemplationi deditus, ab omni ſeculariū ſtrepitu ſemotus eſſe debeat, victu & veſtitu contentus, ut ipſe Dominum poſſideat,

& ab

& ab ipſo Domino poſſideatur *d.c.placuit.c.clericus c.duo ſunt 12.q.1.* alioqui quomodo portio ſua Dominus erit juxta Pſalmiſtæ verba! qui extra Dominum, iſta ſecularia poſſideat? Certè & in uſibus Feudorum *in c.& jure.tit.extraord.109.* juſtiſſimè & omninò ex chriſtiana ſynceritate cautum eſt, ne feudis implicetur clericus. Verba ita ſe habent: *Et jure & morib. receptum eſt, Vaſallum clericali ſe militiæ dedicantem, feud. amittere. Scriptum eſt enim in divinis Eloquiis: Miles Chriſti, Chriſto ſerviat: ſeculi milites, ſeculo ſerviant.* Hæc Zaſ. † Prioribus, hiſce opinionib. vul- 3
gò objici ſolet, quod clericus per ſubſtitutū ſaltem ſerviat. Ad quam objectionem reſpondet, Zaſ. *in d.part.5.n.71.* quod tale quidem poſſet videri, ac ſi furem quiſpiam excuſet, ſi per ſubſtitutum furetur. Certè quod clericò prohibitū eſt & ſubſtituto prohiberi intelligitur. Cujus ſententiæ multi ex veteribus & recentioribus juris civilis & Canonici Dd. adſtipulati ſunt, quos magna cum copia citat Curt. Jun. *de feud.part.3.n.16.* in quorū ſententiā & ipſe conſcendit *n. 20. & ſeqq.* Eamq; opinionem communē & crebriorem teſtatur Ruin. *in conſ.42.n.9 lib.1.* quē citat Sonsb. *de feud.part.7 n.3.* III. Sunt, qui tra- 4
dunt clericum feudum capere poſſe, per text. expreſſum *in cap.1 ʃ.fin. de cap.Corrad.2.F.40.* quod & jus Canonicum admittit *c.ex tranſmiſſa, de for. compet.* Ardiz. *in ſum. Feud. cap. 23.*

Panorm.

Panorm. *in. c. cæterum. de judic.* Sonsbec. *d. part. 7. num. 3.* Borch. *de feud. cap. 5. num. 49.* præſertim ſi feudum conceſſum ſit francum vel talia contineat ſervitia, quæ clericorum ordinem nō dedeceant, qualia ſunt, ut in arce ſui Domini ſingulis diebus Dominicis concionentur, vel domino privatim certis horis locos ſacrarum literarum difficiliores interpretentur &c. Quod ſi feudum conceſſum contineat ſervitia militaria, puta, ut Vaſallus Dominum equis & armis inſtructus ad bellum comitetur &c. cenſetur hæc gratia à Domino facta clericis, ut per ſubſtitutum, quoniam illis uſus armorum eſt prohibitus *c. 1. & 2. 23. q. 8. & t. tit. de cler. pugn. in duel.* ſerviāt, ex ea ratione, quod qui vult antecedens, vult etiam conſequens. *l. cui juriſdictio 2. ff. de jurisd. omn. jud.* ac propterea clerici feudum jure tenere poſſunt, poteſt enim dominus gratiam facere cui vult. *cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertin.* Hartm. Piſtor. *qu. feud. 33. n. 27.* Jacobin. de S. Georg. in *ſua inveſt. verb. & promiſerunt. num. 16.* Borch. *de feud. c. 5. num. 49.* Hanc opinionem communiter eſſe receptam dicit Zaſius. *d. part. 5. n. 71.* & Schneid. *d. part. 3 num. 105.* illamquè veriorem tenet Weſemb. *de feud. cap. 5. num. 2.* Plurimos hanc ſententiam & legendo & conſulendo amplectentes enumerat Curt. *de feud. part. 3. num. 13. & ſequ.*
5 † Inter tot varietates opinionum placet mihi ſententia tertiò & ultimo loco

loco adducta, ut communis ac verior, & quæ fundatur tàm jure Canon. quàm jure Feudali. † 6
Cui opinioni non adverſantur textus *in c. 1. §. qui cler. ſi de feud. defunc. cont. 2. F. 26. c. 1. an met. vel al. imperf. in c. 1. de feud. fœmin.* qui aſſerunt, clericos feuda habere non poſſe. Quoniam textus illi loquuntur nō de clericis de novo feudū, poſteaquam clerici facti ſunt, acquirere volentibus, ſed de iis, qui cum Laici eſſent, & feuda haberent, poſtea clerici facti ſunt, hi eo ipſo dū votum Religionis aſſumunt, feudum amittunt. Ratio diverſitatis hæc eſt, quia in noſtro caſu ei qui clerico feudum dedit, nihil imputari poteſt, cur ejuſmodi perſonæ feudum concedat, quam ſcit ſervitia militaria præſtare non poſſe. At in textibus contrariis nihil imputari poteſt domino, ſi vaſallus, qui ab initio Laicus fuerit, poſtea factus ſit clericus, & ita inhabilis ad præſtationē ſervitiorum, propter quæ illi feudum conceſſum eſt, quod futurum eſſe ipſe dominus divinare non potuit. Sonsbec. & Borch. *dictis locis.* Hodie tamen, quando Prælati tenent feuda à temporalibus Dominis, Domino ſubveniunt, & contribuunt per æs & libram, id eſt, ſecundū vires patrimonii, *l. omnes C. de oper. publ.* Ita notat Jacobin. de S. Georg. *in d. verb. & promiſerunt. num. 16.* †. Ex quo et illud receptū eſt, ut ſi quis 7
feudum det alicui clerico, clericum eſſe neſciens, is feudi à ſe dati revocandi facultatem habeat

beat

*feud. dar. ten.* ne quid excogitetur ab extraneis falſitatis in perniciem domini: quæ ſuſpicio in Paribus ceſſat *c. 1. §. quod autem. verſ. ideircò de not. feud. 2. F. 58.* Martin. Laud. *ad tit. quid ſit inveſtit. n. 10.* Uſquè adeò verò Parium & convaſallorum præſentia neceſſaria eſt, † ut niſi illi 2
teſtes adhibeantur, actus non valeat, dictis textibus. Barò à Tautenb. *in tit. quid ſit inveſtit. à princ. num. 7.* † Dominus tamen omninò ſi Pares 3
non habeat ſufficit extraneos adhibuiſſe, at idoneos per *d. c. 1. quid ſit inveſt. c. 1. §. 1. ſi de inveſt. int. dom. & Vaſ. lis oriat. c. 1. §. quod autem. de conſuet. rect. feud. d. c. 1. §. quod autem. de not. feud.* Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. qui quidem. num. 57,* ne probationum facultas anguſtetur. *arg. l. quoniam 21. in fine. C. de heretic.* Idque æquitatis intuitu, ne dominus benè meritum, ſibi beneficio aliquo etiam officii ergo devincire prohibeatur, ob id quod deſiderantur, per quos teſtes hoc utiliter fiat. Hattyſ. *in anal. feud. c. 9.* Schenck Baro *in c. 1. qui teſt. ſint neceſ.* Ferrar. Montan. *lib. 3 c. 1. Feud.* † An in omnibus feudis 4
id verum ſit, dubitant multi. Nam in Eccleſiaſticis feudis à clericis conceſſis inveſtituram fieri poſſe etiam extraneis teſtibus adhibitis, textus feudalis expreſsè probat. Textus eſt *in cap. 1. §. in clericor. ſi de inveſt. int. dom & Vaſ. lis. oriat. 2. Feud. 26.* his verbis: In clericorum feudo pariter accipiuntur Pares & extranei, Idque ideò,

dam eſſe differentiam quia *d. c. 1. qui teſt. ſint. neceſſ.* eſt nimis apertum, & quia nullus prætereà textus feudalis hujus diſtinctionis meminit: ut meritò *d. §. in clericorum.* relinquendus ſit Delio natatori. † Rejectis omnibus hiſce ſolutionibus rectiùs ſcripſerunt Jacobus de Belvis, Alvarot. Baro à Tautemb, *in d. tit. qui teſt. ſint neceſſ.* Equin. Baro *in d. §. in clericorum,* textum oppoſitum loqui de clerico, qui de propriis bonis patrimonialibus alieni inveſtituram facit, quo caſu etiam neceſſariò Pares requiruntur, ceſſat enim tunc ratio *in d. §. in clericorũ.* Nam in rebus propriis clerici pro Laicis habentur. *l. de his clericis 3. C. de Epiſc. & Cleric,* ſecus quando clericus de bonis Eccleſiæ, Abbatiæ vel conventus dat feudũ *d. §. in clericorum.* Adeò verò Eccleſiaſtici inveſtitura coram extraneis fieri poteſt, ut etiam obtineat in inveſtituris antiquorum feudorum gl. & D. *in c. 1. quid ſit inveſtit.* Quoniam feudum antiquum probari poteſt, etiam per alios teſtes, quã Pares Curiæ *c. 1. § de veteri, qui teſt. ſint, neceſſar.* Nam cum notorium ſit, & antiquitus, conſtitutũ jus feudi, probatio nõ tam exacta & idonea in antiquis requiritur prout in novis. Quippe non tam eſt inveſtitura nova, quàm prioris & antiquæ redintegratio ac confirmatio, Weſemb. *de feud. cap. 8. num. 14. &* alii quos ibi citat. 8 9

## CAP. LXXXV

## UTRUM CLERICUS FACTUS feudum acquiſitum retinere poſſit?

Summaria.

1 *Affirmantium opinio communis eſt, & in Germania ſervatur. num. 4.*
*Illorum fundamenta. num. 2. 3. 4.*
5 *Reſpondent ad contraria argumenta.*
6 *Reſtringitur hæc opinio & num. 7.*
8 *Negantium ſententia*
*Horum ratio. num. 11.*
*Recipitur. num. 11.*
*Ampliatur. num. 19.*
10 *Diſtinguunt alii.*
12 *Diluuntur contraria & num. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*
20 *Conſtitutus in minoribus ordinibus tantum an retineat feudum.*

DIverſæ ſunt quæſtiones*, quamvis Doctores promiſcuè de utraq; egerūt, an clericus ſuccedere in feudum, & an clericus factus feudum retinere poſſit? De poſteriori quæſtione in præſenti capite dicemus. † Et primò non
1 deſunt, qui opinati ſunt, clericum factum feudum quæſitū retinere poſſe, ſiquidē per ſubſtitutum ſervitia militaria præſtare velit. Ita ſenſit *gl. in c. 1. de feud. fœmin.* Baro à Tautem. *in c. 1. de mil. Vaſal. qui arm. bell. depoſ.* qui *num. 16.* inquit ſi hæc opinio Doctorum ſuffragiis eſſet expendenda, vix diem omnibus percenſendis ſuffice-

re. Schurpff.*conſil.68.cent.1.*Canon communiter. *in c. in præſentia, de probation.* Ludovicus Schuuartzm.*l.b.2.miſcell.c.5.*Iſti nituntur rationibus ſequentibus 1. † Ex jure Feudorum conſtat,clericos ad feuda obtinẽda eſſe habiles. *c.1.* 2
*§.fin.de capit.Corrad.. 2. Feud.40.* Et quamvis clericus officium militare petere non poſſit, tamen per ſubſtitutum feudi ſervitiis ſatisfacere poteſt,exemplo minoris. *cap.1.§.ſi minori & §.ſi quis deceſſerit.ſi de feud.defun.cont.ſit int. dom. & agn.Vaſall.* Et quid tandẽ refert, quemadmodũ feudo ſatisfiat,modò ſatisfiat? *L. promiſſor.Stichi.21.§.conſtituto. 2 in fi.ff.de conſtit pecun.* & æquè commodus in locum clerici ſurrogetur? *arg.l.ſi quis domũ,9.à prin.ff.locat.* perinde enim eſt per ſubſtitutum ſervire. Quod enim per alium fit meo nomine,per me factum eſſe cenſetur. *c.qui facit per alium de reg.jur.in 6. l.quod juſſu alterius.ff de reg.jur.* † Adducitur ſecundò pro hac opinione & illud argumentum : Si 3
minus accidẽtalis feudum retineat. *c.1.an mut. ſurd.vel al.imperf.2.F.36.* & tamẽ oneribus feudi interim per aliũ ſatisfacere poſſit, multò magis id concedendum eſt clerico. Si id concedis, inquit Baro à Tautemb. *ad tit.de mil.Vaſall.qui arm.bell.depoſ.num.* 8. fortuitæ calamitati, cur non pietati? maximè cum non ſolùm conſilio Dominum,ſed & re clericus juvare poſſit,ſubſtituens idoneum quenda & acceptum domino

virum qui majori aut pari diligentia, ſide ac ſyncceritate feudi munia adimpleat: Nec erit abſonum per alium facere, quod clericus per ſeipſum nequit, nam hoc caſu id jure licet. *c fin. ne cler. vel monach. lib. 6.* ubi clerici temporalē obnentes jurisdictionē, quamvis per ſeipſos cauſas ſanguinis agitare prohibeantur, eas tamē poterunt delegare.
4 † Tertiò hanc clericorū habilitatem & poteſtatem Decreta & Conſtitutiones Pontificum multis in locis apertè confirmàrūt, quorum ratione Domino temporali, aut Principi, à quo feudum obtinent, etiam perſonaliter fidelitatis juramētum præſtare coguntur. *c. 1. §. verum quando. de ſtat. regul. lib. 6.* Quinimò & temporalem jurisdictionē, ipſaq; regalia, nihil cœleſti obſtante militia, clericos obtinere poſſe & moris & juris eſt pervulgati. *c. Romana. §. debet autem. de appellat. lib. 6. & c. ult. ne cleric. vel monach. lib. 6.* Hanc priorem opinionem cōmunem eſſe teſtatur Salycet. *in auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ.* & communiorem aſſerit Jacob. de S. Georg. *in ſua inveſt. in verb. & quibuſcumq;. n. 4.* ubi dicit, ſe ita conſuluiſſe & obtinuiſſe, illamq; tàm in Germania, ubi Canonici feuda ſua retinent. Obrecht. *de feud. cap. 3. num. 27. & num. 174.* quàm in Gallia receptam eſſe, teſtis eſt Hanneton. *lib. 2. Feud. d. cap. 3.* ſecūdum quam multos hodie in Conſiſtoriis pronūciare refert Borch. *de feud. cap. 7. mod. 2. n. 62.* Idq; jure etiam Ponti-

ficio

ficio probari affirmat Equinar. Baro *in c.1.§.qui clericus.ſi de feud.def. cont.ſit int.dom.& agn.2. F.26.per. d.c.1. §. verum quando.d.c.Romana.§. debet autem.& per c.ex transmiſſa.de for.compet.* † Huic opinioni è diametro adverſantur textus feudales *in c.1. §. qui clericus. in c.1.de mil. Vaſal.qui arm.bel.depoſ.& in c.1. in fine an mut. vel al. imperf.* quibus in locis manifeſtè legitur, clericum non ſolum in feudo nõ ſuccedere,ſed etiam feudũ,quod prius habuit hoc ipſo, quod votum relligionis aſſumit, amittere. Ad quos textus reſpondent,illos intelligẽdos eſſe de clericis ſervitia per ſubſtitutum præſtare nolentibus, quaſi aliud dicendũ eſſet, ſi onus per ſubſtitutum ſerviendi ſubire vellent. Eatenus verò hanc opinionem procedere ajunt, quatenus in inveſtitura non ſit expreſsè cautum, perſonaliter Vaſallum,ejusq; heredes Laicos feudi muniis deſervire oportere, tunc enim timorem inveſtituræ ſpectandum eſſe. *cap.1.de duob.fratr.à Capit.inveſtit.* † Secundò eam limitant,ſi feudum ſit novum propter perſonæ induſtriã conceſſum, hoc enim ſubſtitutum non ferret. *arg.l. un.§.ſin verò talis. C.de caduc.toll.* Baro à Tautemb, *ad d.tit. de mil. Vaſal. qui arm. mil. depoſ. num.15.* Alii exiſtimant,clericum factum feudum acquiſitum retinere non poſſe,ſiquidem jure noſtro feudali ſatis clarè definitum eſt, clericatu feudũ amitti. Text⁹ eſt expreſſus *in c.1.§.*

(Margin numbers: 5 beside "Huic opinioni"; 6 beside "ſtitutum ſerviendi"; 7 beside "Capit.inveſtit."; 8 beside "num.15.")

*qui clericus. ſi a e feud. def. contr. ſuer. int. dom. & agn. vaſ. def.* ubi dicitur, qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit, hoc ipſo feudum amittere. Quæ quidem verba denotant, eum ipſo jure privari, Affertur quoque textus in tit. *extraord.* 109. cujus verba ſunt. Et jure & moribus receptum eſt, vaſallum clericali ſe militiæ dedicantem feudum amittere. In quam ſententiam eſt & textus in *c.* 1. *de mil. vaſ. qui arm. bell. depoſ. 2. F.* 21. Loquitur enim is de eo, qui poſtquam clericus factus fuerat, feudum donec vixerit retinere conabatur, quod quia aliter fieri non poterat, niſi per ſubſtitutum ſerviret, ipſe enim jam arma bellica depoſuerat: dubium utiquè non eſt, quin in caſu illius textus lubens per ſubſtitutum ſervitia præſtare voluerit, eaquè dum feudum retinere conatur, ſponte obtulerit: & tamen nihilominus reſpondetur, feudum ad eum non pertinere, ſed domini vel agnati condititionem potiorem eſſe debere. Jacob de Ardiz. *in ſum. Feud. cap.* 97. Petr. de Ferrar. *form. lib. ad. revoc. feud. verb. nec ſuperſtitibus. num.* 25 *inf.* Sonsb. *de feud. part.* 12. *num.* 137. Zas. *eod. tract cap.* 5. *num.* 71. Vult. 1. *Feud. cap.* 9. *num.* 67 & alii complures, quos recenſet H. Piſtor. *in d. quæſt. feud.* 33. *num.* 3.
9 †. Ratio datur hæc, quod clericus ea, quæ in juramento fidelitatis continentur non poteſt præſtare. Interdicta enim

enim clericis ſunt ſervitia militaria. Nam qui factus eſt miles Chriſti, deſiit eſſe miles ſeculi, nec feudum pertineat ad illum, qui officium militare gerere non debet, ut maximè per vires corporis poſſit. *d. cap. 1. de mil. vaſ. qui arm. bell. depoſ. 2. F. 21. d. cap. 1. an mut. ſurd. vel. al. imperf. 2. F. 36. cap. placuit 12. quæſt. 3.* Et in ſpecie, quod clerici non poſſint eſſe in bello, nec pugnare, expreſſi ſunt juris Pontificii, textus in *cap. ex multa. ſ. de clericis. de vot. cap. clerici. 23. quæſt. 8. & clem.* 1. *de homicid.* Eſtque hæc opinio negativa verior, quæ manifeſtis juris Feudalis textibus fundatur, à qua tàm in iudicando quàm in reſpondendo minimè recedendum eſſe monet H. Piſtor *d. quæſt. 33. num.* 11. qui & num. ſeq. aſſerit, hanc opinionem in foro juris Saxonici obſervari, ſecundum quã & in conſilio Neapolitano judicatum fuiſſe tenet Matth. de Afflict. *in deciſ. 320.* Alii in 10
hac quæſtione talem adhibent diſtinctionem. Aut feudum eſt tale, de quo ſervitia militaria præſtanda ſunt, & clericus factus illud rectè amittit: Aut feudum eſt ejuſmodi, de quo præſtantur ſervitia realia, quæ à clericis non minus honeſtè expediri poſſũt, vel in quo licet militaria ſervitia pręſtentur, tamẽ per ſubſtitutũ ſervire permiſſũ eſt, & tũc cleric⁹ illud rectè retinet. Ita Innocent. Decius, Felinus, & alii, quos enumerat Piſt. *d. q. 33. n. 23.* † Mihi placet opinio ſe- 11

cundo loco allata, quę eſt veriſſima de jure feudor. † Cui opinioni nō adverſantur argumenta pro affirmativa opinione adducta. Nam ad
52 textum *in c.§.fin.de Capit. Corrad.* ubi dicitur, clericos ad obtinenda feuda eſſe habiles, reſpōdeo. Lōgè diverſum eſſe in caſu, quo primò clericis feudū cōfertur. Nam poteſt quilibet de ſuis rebus (ut moderator & arbiter) gratiam facere quibus vult. *c.1.de inveſtit.quā Tit.accep. à Sempro.2.F.13.& c.1.ſi Vaſall.feud.priv.cùi defer.* Poteſt enim plenè dare abſq; ſervitio ullo, abſq; cōtradictione etiam quibuslibet, quare ergò non
53 eodem modo clerico in feudū dare poſſet. Sed dices, quid ſi in militia ſerviendum eſſet, jam non poſſet ſervire, cum ſit Chriſti miles? *c.1.de Vaſall.mil.qui arm.bell.depoſ.* Ad hoc reſpondetur, quod illud per ſubſtitutum cōficiet. cenſetur enim hoc tacitè cōventum, cum daret dominus: ſcivit enim Dominus ejus eum eſſe cōditionis, qui in perſona ſervire non poſſet, ut quoque in fœmina obtinet, cui feudum confertur, quæ nec in bello etiam ſervire valet. *cap.1.in fin.com.mut. vel al.imperf.2.F.36.ca.1.feud.fœmin.* Sed quod in alio caſu feudum retinere nō poſſit Clericus, ideò eſt, quia Dominus Vaſallo cōceſſit primò militi vel privato, nō clerico vel religioſo, & tali qui ſuo proprio officio dominum juvare poſſit, ſed nūc adſumēdo clericatū vel religionem reddit ſe talem, quod officium

omni-

omninò præſtare non valeat, nec debet *c. 1. de mit. vaſ. qui arm. bell.* Ubi ergò perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoquè deficiat *L. in omnibus cauſis 68. ff de reg. jur. & ibi* Hieron. Cagnol. & Chriſtop. Sturc. † Nec quicquam obeſt, clericum ex- 14
emplo minoris & adulti poſſe per ſubſtitutum ſervitia militaria præſtare Domino. Pro regula enim traditum eſt, in illis caſibus ſubſtituti ducendam rationem, in quib. jus feudi integrum etiamnum eſt poſſeſſori: ſecus verò ubi id penitus amittitur, ut docuit Iſern. *in c. 1. §. mutus Epiſc. vel Abbat. 1. F. 6.* Zas. *de feud. part. 5. n. 72.*
Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 144.* † Non ob- 15
ſtant quæ de muto accidentali allata fuerunt. Nam longè diverſa eſt ratio ejus, quod ſine culpa vſalli caſu contingit, & ejus, quod quis ipſemet & ſibi accerſit ut ille qui ſpontè ſit clericus
& habitum religionis aſſumit. † Ea quæ tertio 16
loco ex jure Canonico pro confirmatione contrariæ opinionis adducta fuerunt procedunt, quando Eccleſiaſtica perſona â ſeculari principe obtinet feudum, quæ ſi non poteſt per procuratorem jurare, perſonaliter exeundo monaſteriũ jurabit *d. c. 1. § verum quando.* Sed quid talis ca-
ſus à noſtro differat, dictum eſt antea. † Minus 17
obſtat, quod clericus temporalem jurisdictionem obtinere poſſit. Longè enim ille caſus à noſtro diſtat, Nam Dominus, qui conceſſit feu-

ordinibus tantùm qui feudũ non amittet, quia in minoribus conſtitutus ordinibus nondum verè eſt clericus, neque verè vovet profeſſionem perficere ſtatum clericalem. Urſil. *in addit. ad deciſ. Matth. de Afflict. deciſ. 2. num. 6.* Poſſet enim ad ſeculum liberè redire *cap. hi qui poſt ſanctam. fin. 50. diſt. ubi gl.* nec minus uxorem ducere. *cap. Johannes. & t. t. de cler. conjug.* Ita Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. dictiquè Vaſalli promiſerunt. num. 40.* Sonsbecc. *d. part. 12. num. 138.* ubi & aliam ponit rationem. Clar. *§. feudum qu. 78. n. 5.* communem dicit. Quam limitationem improbat gl. *in c. 1. §. naturalis. 2. Feud. 26. ſi de feud. def. cont. ſit int. dom.* quam ſequitur Bald. *in c. 1. §. qui clericus eod.* Piſtor. *d. qu. 33. num. 7.* Vult. *d. loco.* & alii ibid. allegati. Quoniam jura Feudalia loquuntur generaliter de quovis clerico. Par igitur eſt, ut generaliter intelligantur. Quin. & text in *d. tit. de feud. fœmin.* loquitur de eo, qui habitum religionis exuerat. Nam vel hinc manifeſtum eſt, eum etiam de clericis in minoribus ordinibus vel intra annum probationis conſtitutis, intelligendum, cum aliis, qui religionis profeſſionem verè fecerunt, illam deſerere integrum non eſſet. *cap. ſed nequè. verſ. ea generaliter.* Novell. *de ſanctiß. Epiſc. 123.*

CAP.

## CAP. LXXXVI.

### NUM CLERICUS IN FEUDO ſuccedat.

Summaria.

1 *Opinio affirmantium*
*Rationes, num. 2. 3.*
*Reſpondent ad contraria num. 4.*
5 *Opinio negativa in Camera approbata fuit, n. 6.*
*Fundamenta num. 6.*
7 *Alij diſtinctionem adhibent.*
8 *Approbatur opinio negantium*
9 *Argumentis contrariis reſpondetur. & n. 10.*

LAurent. Sylvanus, quem refert Mynſ. *cent. 5. obſ. 48. num. 1.* ſcriptum reliquit, tot in hac controverſia eſſe ſententias ferè, quot capita. Quas tamen omnes in tres principales opini-
1 ones idem Mynſ. reducit. Primò nonnulli aſſerunt, clericum in feudo ſuccedere poſſe. Ita gl. *in c. 1. de feud. fœm.* ubi expreſsè dicit, clericum in feudum fraternum ſuccederet, ſi per ſubſtitutum paratus ſit ſervire domino, per *c. 1. §. firmiter. de probib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. & arg. l. quisquis cenſib. 16. & L. ad ſimilitudinem 21. C. de Epiſ. & cler.* Salyc. *in auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl.* quem refert & ſequitur Jacob. de S. Georg. *in verb. & quibuscumq; heredibus n. 4.* ubi pro hac opinione plures Dd. allegat, maximè canoniſtas *in cap.*

*in cap. in præſentia de probation.* idem ſentientes. Et ita Dd. communiter tenere ait Salyc. *in d. loco.* Quæ opinio obſervari ſolet in Regno Siciliæ, ubi clericum ſuccedere poſſe in feudis notat P. de Gregor. *de conceß. feud. part. 4. quæſt. 7. n. 13.* per rationem quod in illo regno ſervitium militare eſt reale, & præſtari poteſt per ſubſtitutum, non autem perſonale. Iſern. *in c. 1. §. ſed nec eſt. alia. qu. fu. prim. cau. benef. amit.* † Hanc opinionem qui tuentur, afferunt primò argumentũ hoc. 2
Etſi clericatus interdum quem à patria poteſtate liberat, non tamen propterea eum privat ſucceſſione. Ideoque clericus cum aliis æqualiter ſuccedit *L. Deo nobis 56. §. hoc etiam. 1. & auth. presbyteros. C. de Epiſc. & cleric.* † Deinde notum eſt, quod per ordinem clericatus nemo jure ſuo privari debet, cum ex tali actu licito nõ debeat quis pati pœnam, ne quis retrahatur ab ingreſſu religionis. Quia verò huic opin. plurimum adverſantur text. *in c. 1. §. qui clericus, 2. F. 26. ſi de feud. defunc. ſit cont. int. dom. & agn. Vaſ. def. & c. 1. an mut. vel alias imperf. 2. F. 36.* Ideò reſpondent, illa jura, ut & ſimilia dicentia, clericum non ſuccedere in feudo, intelligenda eſſe, quando eſſet tale feudum, cui Vaſallus non poſſit ſervire vel nollet per ſubſtitutum, aliâs autẽ ſi velit ſervire per ſubſtitutũ Domino acceptabilem, tunc admitteretur ad ſucceſſionem feudi. Aliter reſpondet Baro à Tautenb. *tit. de mil. Vaſal.*

Margin numbers: 3 (beside "auth. presbyteros … Deinde"), 4 (beside "ingreſſu religionis … pluri-").

*Vaſal. qui arm. bell. depoſ,num.3.* aſſerens textib. juris Feudalis oppoſitis,qui clericos à feudi ſucceſſione arcent, derogatum eſſe per textus juris Pontificii *in c.1. §. verum quando de ſtat. regul. lib. 6. in c. ex transmiſſa. de for. compet* quorum, ut a pontificibus profectorum, major ſit quam horum,utpote à privatis conſcriptorum autori-
5 tas. † Contra alii negant,clericum in feudo ſuccedere. Affl ct. *in c.1. de mil. Vaſ. qui arm. depoſ. & in d. §. qui clericus.* Sonsbec. *de feud. part 11.n. 115.* Vult. *d cap. 9. num 67. verſ. ac ne ſine ratio-*
6 *ne.* † Pro hac opinione affertur textus juris Feud. expreſſus, qui eſt in *cap 1. § ex hoc illud. de feud. fœm. 2. F. 30.* ubi auctor illius cap. dicit, clericum nullo modo ſuccedere debere, & in *cap. 1. in f. an mut. ſurd. vel. al. imperf. 2. F. 36.* Et ratio eſt, quod nemo militans Deo ſecularibus ſeſe negociis implicare debeat. *c. placuit. 21. q 3.* Fallit ſecundum quoſdam iſta opinio in clerico, qui eſt minoris tantum tonſuræ, qui in feudo ſuccedit. Curt. *part. 3 de feud. verſ decimò quæro.* Sonsbec. *de feud part. 9. num. 115.* Hanc negativam opinionem communiter eſſe receptam refert Schneid. *de feud. part. 6. cap. 2. de ſucceſſ. deſcend. num. 23.* eamque ceteris veriorem magisque communem Dominis Cameralibus viſam eſſe teſtatur Mynſ. *cent. 5 obſerv. 48. n. 8.* Haſce diſſidentes opiniones alii ita conciliant, ut prior obtineat de æquitate, poſterior verò de ſtri-

ĉto jure, Gothofr. *in not. ad tit. 1. lib. 1. Feud. §. hoc quoquè* Tertiò non deſunt, qui in hac quæſti- 7
one diſtinguunt hoc modo: aut feudum eſt talis naturæ ſeu qualitatis, quod ſervitium pro eo debitum æquè præſtari poſſit per clericum, ſive Monachum, ſicut per ipſum Vaſallum: ut quia ſervitium eſt reale, puta annuus cenſus pecuniæ, vel alterius rei, vel etiam perſonale quod tamen honeſtè vel per ſe vel per ſubſtitutum, ſi impedimentum intervenerit, præſtare clericus, vel Monachus poterit, & tunc ſuccedat: Aut feudum non eſt talis naturæ, & tunc excluditur à ſucceſſione. Priori caſu ceſſat ratio Legis impedientis ac prohibentis, clericos feudum retinere, nimirum illa, quod beneficium no pertineat ad eum, qui non debet gerere officium ut *in c. 1. de mil Vaſ. qui arm. bell. depoſ.* Ita Martin. Laud. *in c. 1. de his qui feud. dari poſſ.* Bald. *in auth. niſi rogati. C. ad Trebell.* Archidiac. *in c. ſi mulier. 19. q. ult.* ubi volunt, juxta hanc diſtinctionem intelligendos eſſe textus contrarios ſupra pro prima opinione citatos. Hartm. Piſtor. *d. quæſt. feud. 33. num. 23. & alii ibid.* Garſ. Maſtrill. *in addit. ad Petr. de Gregor. tract. de conceſſ. feud. part. 4. quæſt. 7. lit. c.* † Inter has diſcrepantes opini- 8
ones arridet illa, quæ ſecundo loco adducta fuit Nempe quod clerici ut inidonei ad ſervitiorum feudo annexorum præſtationem ad ſucceſſionem feudalem admitti non debeant, licet

per

per ſubſtitutum ſervire velint, ſiquidem illa opinio non ſolùm textibus juris Feudalis nititur, & in Camera Imperiali recepta eſt, ut ibi oſtenſum fuit.
9 Cui non adverſatur *L. DEO nobis & auth. presbyteros, C. de Epiſ. & cleric.* ubi dicitur, clericum cum aliis æqualiter ſuccedere in bonis paternis. Quia illud intelligitur de bonis allodialibus, non verò feudalibus, ad quorum ſucceſſionem tantùm perſonæ habiles & idoneæ ad militaria ſervitia præſtanda admittuntur. *d. c. 1. in f. an mut. vel, al. imperf.* Sichard. *in l. 1, num. 7. C. quæ ſit long. conſue.* Garz. *tract. de expenſ. & meliorat. cap. 12. n. 24. in fin.*
10 † Minius obſtat, quod clericus per ſubſtitutum ſervire poſſit. Nam ad hoc in præcedenti quæſtione reſponſum fuit. Cui accedit, quod ſervitia perſonalia per alios non poſſint expediri. *l. 1. §. ne autem C. de caduc. toll.* nec cogitur dominus ſuſcipere alterius ſervitium quam debitoris, *arg. l. eum à quo 16. C. de ſolution.* Innuit hoc & textus in *d. c. 1. de feud. fœm.* dum ibi dicitur, clericum nullo modo in beneficium paternum ſuccedere, ſi enim in caſu ubi per ſubſtitutum ſervire vellet, admittendus eſſet, perperam dixiſſet textus, eum nullo modo ſuccedere, cum facilis ſibi ad ſucceſſionem poſſet patére aditus, offerendo ſubſtitutum; ſed cum dicat, nullo modo eum ſuccedere, in aperto ſanè eſt, neque ratione ſubſtituti eum conſequi ſucceſſionem poſſe. Negativa enim univer-
ſalis

ſalis præcedens verbum, denotans potentiam, ſignificat quandam impoſſibilitatem & neceſſitatem præciſam. *L. non poteſt. ff. de furt. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1.*

## CAP. LXXXVII.

## NUM EQUITES HIEROSOLYMItani, Rhodienſes, Melitenſes, Teutonici & ſimilium ordinum, ad ſucceſſionem Feudorum admitti debeant.

Summaria.

1 *Prædicti equites retinent feuda & ſuccedunt in illis ſecundum aliquos.*
*Quia arma non depoſuerunt. num. 2.*
3 *Alii volunt iſtos milites non admittendos eſſe ad ſucceſſionem feudalem.*
*Quia ſunt perſonæ religioſæ num. 4.*
5 *Secundum varias Ordinum leges & conditiones totum hoc dijudicandum eſſe alii cenſent.*

QUid de ſucceſſione illorũ, qui ſacro cuidã militũ ordini nomina dederunt, & quandoq; cruciferi, quandoq; milites Rhodii, quandoq; Hieroſolymitani, quandoq; ſecundũ varia Ordinũ nomina aliter appellãtur, ſentiendũ ſit, variæ apud FF. extant opiniones. † Et quod hi 1
feudũ retineãt, & in feudo ſuccedere poſſint, volunt Bald. Alvar. Præpoſ. Matth. de Afflict. & alii

quos citat Hartm. Piſtor. *qu. feud.* 33. *num.* 22. Curt. *de feud. part.* 3. *qu.* 10. Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. in verb. dictiq; Vaſalli promiſerunt.* *num.* 53. Sonsb *de feud. part.* 9. *num.* 115. *verſ.*
2 *fallit ſecũdo* Roſenth *de feud. cap.* 7. *concl.* 77. † Illorum ratio eſt, quoniam iſti equites non depoſuerunt arma, imò DEo ſerviunt in militia contra infideles. Non itaque ad eos pertinere poterit titulus, *de mil. Vaſall. qui arm. bell. depoſ.* ceſſante præſertim ratione etiam ejuſdem. Ideò Abbas *in rubr. de regular*, dicit, quod iſti milites ſint impropriè relligioſi. Idem *in c. quamvis, de Decim*, appellat eos, quaſi religioſos. Ergò cum non deſinant eſſe milites poterunt ſuccedere, & feudum acquiſitum retinere. Quam ſententiam conſuetudine Pedemontii & Montis ferrati receptam reſpondit Nevizan. *conſil.* 30. *num.* 4. quem refert Vult. 1. *Feud. cap.* 9. *num.*
3 67. *verſ. de Equitibus.* † Nonnulli concludunt, hos milites ad ſucceſſionem feudi admittendos non eſſe. Ita Brun. Rub. Cravetta & alii quos allegat Piſtor. *d. qu.* 33. *num.* 22. & Vult. *de loco.* Guer. Piſ. Soac. *in præluд. Feud. cap.* 33. *num.* 2. Fachin. *lib.* 7. *contr. cap.* 36. ubi & ad contraria
4 reſpondet. † Propterea, quod certum ſit, hoſce milites eſſe perſonas religioſas, DEoque dicatas per *cap. quamvis de Decim.* neque Domino juramentum fidelitatis, neque fidelitatem obſequii, neque obſequium ſervitii pro forma feudorum

dorum tradita *in lib. 2. tit. 5. & duob. ſeqq.* præſtare poſſe. Profitentur enim caſtitatem, paupertatem & obedientiam, quę tria ſunt ſubſtantialia veræ & regularis religionis. *c. cum ad monaſterium de ſtat. monach. & can. regul.* Ideò non ſecus de his quàm de clericis aſſeverandum cēſent. Et licet iſti milites arma bellica non depoſuerint, non tamen illis uti poſſunt pro aliis, quā pro fide cōtra infideles. Pro confirmatione hujus ſententię adducitur id, quod legitur in libris ſuarum conſtitutionū (uti ſcribit & notat Soacus ante citato loco) *cap. 12. in tit. de fratrib. & in cap. 25. in titul. de inhibit. & pœn.* ubi cavetur, quod alicui dictorum fratrum non licet aliquo modo ſe homagio, confœderatione, aut juramento adſtringere alicui perſonæ ſine ſui magni magiſtri licentia, & *c. 28.* inhibetur, ne ſe implicent bellis Chriſtianorum. Ergò nō poſſunt ſuccedere in feudo, cujus occaſione præſtatur juramentum. Niſi forte in quibuſdam locis id conſuetudine receptum, aut eorumdem juribus illis non denegatum fuerit, quo reſpectu à prædictis juris regulis recedendū erit. † Alii 5 rectiùs exiſtimant, totum hoc dijudicandum eſſe juxta varias ordinum leges & conditiones. Quæ ſi obſtaculo non ſint, quo minus ea præſtare poſſint Domino, quæ in juramento fidelitatis continentur. *c. 1. de nov. form. fidel.* tùm ſanè ad ſucceſſionem ſunt admittendi. Si verò tàm

duris eſſent devincti legibus, ut ea quæ à Vaſallo juramentum fidelitatis exigit præſtare omnino non poſſint, tum ſanè, quia eadem ſubeſt ratio, quæ clericum à feudi ſucceſſione removet, ad feudi ſucceſſionem non ſunt admittendi. Hart. Piſtor. *d. quæſt. 73. num. 23.* cujus diſtinctionem approbat & ſequitur Herman. Vulteius. *in d. c. 9. num. 67.*

## CAP. LXXXVIII.

### UTRUM DOMINUS CENSEATUR Vaſallo ingratitudinem remiſiſſe, ſi ſervitia ab ipſo recipiat.

Summaria.

1 *Affirmativa ſententia communis eſt.*
*Declaratur num. 4.*
2 *Injuria nudâ voluntate remitti poteſt.*
3 *Dominus in amore cum Vaſallo ſtans, caducitatem feudi Vaſallo remiſiſſe cenſetur.*
5 *An proteſtatio Domini de jure ſuo conſervando ſibi proſit, quando ſub illâ ſervitia recepit.*
*Affirmant nonnulli. num. 6.*
*Contrarium verius eſt. num. 7.*

VTilis ſanè quæſtio eſt! Num Dominus feudi recipiens ſervitia à Vaſallo cenſeatur ipſi remittere caducitatem, quam prius incurrerat? † ita voluit gl. *in c. un. verb. & menſem. quo*

*temp.*

*temp. mil. inveſt. pet. deb.* Quam gloſſam Dd. communiter ſequi atteſtatur ibi Alvar. & Clarus *in §. feudum. quæſt. 63. & quæſt. 49. num. 10.* Schneid. *in §. fin. n. 4. Inſt. de injur.* Jacob. de S. Georg. *in verb. qui quidem inveſtiti. n. 38.* Borch. *c. 8. de feud. n. 24.* per rationem † quia nuda vo- 2
luntate injuria remitti poteſt. *§. fin. Inſtit. de injur. l. ſed ſi unius. 17. §. ſi ante. 6. verſ. nam ſi non ſolus, & l. non ſolum 11. §. 1. ff. eod. l. ſi uxor. 13. §. fin. ff. de adulter. l. in ipſius 5. C. fam. Erciſ.* Weſ. *in π. ff. de injur. n. 13.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. c. 6. n. 15.* † Sic Dominus caducitatem feudi Vaſal- 3
lo remiſiſſe intelligitur, ſi in amore cum eo ſtet. *C. un. §. ſi quis autem, Conſtit. Henr. Imp. de cauſ. feud. amit. lib. 5. Feud.* Petr. Frider. *in proceß. lib. 1. cap. 27. n. 8.* † Procedit verò hæc concluſio 4
noſtra, cum dominus ſciens Vaſallum culpam privatione feudi dignam commiſiſſe, ſervitia à Vaſallo receperit. Quod ſi Dominus juſta ignorantiâ lapſus ſervitia à Vaſallo exegerit, ſibi non præjudicat. Quia ignorantis nulla eſt voluntas, & nemo juri ſuo, quod ignorat, renunciare videtur. *L. mater decedens 19. ff. de inoffic. teſtam. l. nec ignorans. 10. C. de donat. l. qui cum tutoribus. 9. §. qui per fallaciam. 2. ff. de transact. L. ſi per errorem. 15. ff. de juriſd. omn. judic.* Jacobin de S. Georg. & Borchol. *dd. locis.* Idem eſſe, ſi dominus dubitaverit, aſſerit Jacobin. quia idem de dubitante, quod de errante judicamus, *L. fin. C.*

cundo loco allata, quę eſt veriſſima de jure feudor. † Cui opinioni nō adverſantur argumenta pro affirmativa opinione adducta. Nam ad
52
textum *in c. §. fin. de Capit. Corrad.* ubi dicitur, clericos ad obtinenda feuda eſſe habiles, reſpōdeo. Lōgè diverſum eſſe in caſu, quo primò clericis feudū cōfertur. Nam poteſt quilibet de ſuis rebus (ut moderator & arbiter) gratiam facere quibus vult. *c. 1. de inveſtit. quā Tit. accep. à Sempro. 2. F. 13. & c. 1. ſi Vaſall. feud. priv. cui defer.* Poteſt enim plenè dare abſq; ſervitio ullo, abſq; cōtradictione etiam quibuslibet, quare ergò non
53 eodem modo clerico in feudū dare poſſet. Sed dices, quid ſi in militia ſerviendum eſſet, jam non poſſet ſervire, cum ſit Chriſti miles? *c. 1. de Vaſall. mil. qui arm. bell. depoſ.* Ad hoc reſpondetur, quod illud per ſubſtitutum cōficiet. cenſetur enim hoc tacitè cōventum, cum daret dominus: ſcivit enim Dominus ejus eum eſſe cōditionis, qui in perſona ſervire non poſſet, ut quoque in fœmina obtinet, cui feudum confertur, quæ nec in bello etiam ſervire valet. *cap. 1. in fin. com. mut. vel al. imperf. 2. F. 36. ca. 1. feud. fœmin.* Sed quod in alio caſu feudum retinere nō poſſit Clericus, ideò eſt, quia Dominus Vaſallo cōceſſit primò militi vel privato, nō clerico vel religioſo, & tali qui ſuo proprio officio dominum juvare poſſit, ſed nūc adſumēdo clericatū vel religionem reddit ſe talem, quod officium omni-

omninò præſtare non valeat, nec debet *c. 1. de mit. vaſ. qui arm. bell.* Ubi ergò perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoquè deficiat *L. in omnibus cauſis 68. ff de reg. jur. & ibi* Hieron. Cagnol. & Chriſtop. Sturc. † Nec quicquam obeſt, clericum ex- 14
emplo minoris & adulti poſſe per ſubſtitutum ſervitia militaria præſtare Domino. Pro regula enim traditum eſt, in illis caſibus ſubſtituti ducendam rationem, in quib. jus feudi integrum etiamnum eſt poſſeſſori: ſecus verò ubi id penitus amittitur, ut docuit Iſern. *in c. 1. §. mutus Epiſc. vel Abbat. 1. F. 6.* Zas. *de feud. part. 5. n. 72.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 144.* † Non ob- 15
ſtant quæ de muto accidentali allata fuerunt. Nam longè diverſa eſt ratio ejus, quod ſine culpa vſalli caſu contingit, & ejus, quod quis ipſemet & ſibi accerſit ut ille qui ſponte ſit clericus & habitum religionis aſſumit. † Ea quæ tertio 16
loco ex jure Canonico pro confirmatione contrariæ opinionis adducta fuerunt procedunt, quando Eccleſiaſtica perſona à ſeculari principe obtinet feudum, quæ ſi non poteſt per procuratorem jurare, perſonaliter exeundo monaſteriũ jurabit *d. c. 1. § verum quando.* Sed quid talis caſus à noſtro differat, dictum eſt antea. † Minus 17
obſtat, quod clericus temporalem jurisdictionem obtinere poſſit. Longè enim ille caſus à noſtro diſtat. Nam Dominus, qui conceſſit feu-

ordinibus tantum qui feudũ non amittet, quia in minoribus conſtitutus ordinibus nondum verè eſt clericus, nequè verè vovet profeſſionem perficere ſtatum clericalem. Urſil. *in addit. ad deciſ. Matth. de Afflict. deciſ. 2. num. 6.* Poſſet enim ad ſeculum liberè redire *cap. hi qui poſt ſanctam. fin. 50. diſt. ubi gl.* nec minus uxorem ducere. *cap. Johannes, & t. t. de cler. conjug.* Ita Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. verb. dictiquè Vaſalli promiſerunt. num. 40.* Sonsbecc. *d. part. 12. num. 138.* ubi & aliam ponit rationem. Clar. *§. feudum qu. 78. n. 5.* communem dicit. Quam limitationem improbat gl. *in c. 1. §. naturalis. 2. Feud. 26. ſi de feud. def. cont. ſit int. dom.* quam ſequitur Bald. *in c. 1. §. qui clericus eod.* Piſtor. *d. qu. 33. num. 7.* Vult. *d. loco.* & alii ibid. allegati. Quoniam jura Feudalia loquuntur generaliter de quovis clerico. Par igitur eſt, ut generaliter intelligantur. Quin, & text in *d. tit. de feud. fœmin.* loquitur de eo, qui habitum religionis exuerat. Nam vel hinc manifeſtum eſt, eum etiam de clericis in minoribus ordinibus vel intra annum probationis conſtitutis, intelligendum, cum aliis, qui religionis profeſſionem verè fecerunt, illam deſerere integrum non eſſet. *cap. ſed nequè. verſ. ea generaliter.* Novell. *de ſanctiſſ. Epiſc. 123.*

CAP.

## CAP. LXXXVI.

## NUM CLERICUS IN FEUDO ſuccedat.

Summaria.

1 *Opinio affirmantium*
*Rationes, num. 2. 3.*
*Reſpondent ad contraria num. 4.*
5 *Opinio negativa in Camera approbata fuit, n. 6.*
*Fundamenta num. 6.*
7 *Alij diſtinctionem adhibent.*
8 *Approbatur opinio negantium*
9 *Argumentis contrarius reſpondetur. & n. 10.*

LAurent. Sylvanus, quem refert Mynſ. *cent. 5. obſ. 48. num. 1.* ſcriptum reliquit, tot in hac controverſia eſſe ſententias ferè, quot capita. Quas tamen omnes in tres principales opini-
1 ones idem Mynſ. reducit. Primò nonnulli aſſerunt, clericum in feudo ſuccedere poſſe. Ita gl. *in c.* 1. *de feud. fœm.* ubi expreſsè dicit, clericum in feudum fraternum ſuccederet, ſi per ſubſtitutum paratus ſit ſervire domino, per *c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. *F. 55. & arg. l. quisquis cenſib. 16. & L. ad ſimilitudinem 21. C. de Epiſ. & cler.* Salyc. *in auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl.* quem refert & ſequitur Jacob. de S. Georg. *in verb. & quibuscumq; heredibus n. 4.* ubi pro hac opinione plures Dd. allegat, maximè canoniſtas *in cap.*

*in cap. in præſentia de probation.* idem ſentientes. Et ita Dd. communiter tenere ait Salyc. *in d. loco.* Quæ opinio obſervari ſolet in Regno Siciliæ, ubi clericum ſuccedere poſſe in feudis notat P. de Gregor. *de conceſ. feud. part. 4. quæſt. 7. n. 13.* per rationem quod in illo regno ſervitium militare eſt reale, & præſtari poteſt per ſubſtitutum, non autem perſonale. Iſern. *in c. 1. §. ſed nec eſt. alia. qu. fu. prim. cau. benef. amit.* † Hanc opini- 2
onem qui tuentur, afferunt primò argumentũ hoc. Etſi clericatus interdum quem à patria poteſtate liberat, non tamen propterea eum privat ſucceſſione. Ideoque clericus cum aliis æqualiter ſuccedit *L. Deo nobis 56. §. hoc etiam. 1. & auth. presbyteros. C. de Epiſc. & cleric.* † Deinde 3
notum eſt, quod per ordinem clericatus nemo jure ſuo privari debet, cum ex tali actu licito nõ debeat quis pati pœnam, ne quis retrahatur ab ingreſſu religionis. Quia verò huic opin. pluri- 4
mùm adverſantur text. *in c. 1. §. qui clericus. 2. F. 26. ſi de feud. defunc. ſit cont. int. dom. & agn. Vaſ. def. & c. 1. an mut. vel alias imperf. 2. F. 36.* Ideò reſpondent, illa jura, ut & ſimilia dicentia, clericum non ſuccedere in feudo, intelligenda eſſe, quando eſſet tale feudum, cui Vaſallus non poſſit ſervire vel nollet per ſubſtitutum, aliâs autẽ ſi velit ſervire per ſubſtitutũ Domino acceptabilem, tunc admitteretur ad ſucceſſionem feudi. Aliter reſpondet Baro à Tautenb. *tit. de mil.*

*Vaſal.*

*Vaſal. qui arm. bell. depoſ. num. 3.* aſſerens textib.
juris Feudalis oppoſitis, qui clericos à feudi ſuc-
ceſſione arcent, derogatum eſſe per textus juris
Pontificii *in c. 1. §. verum quando de ſtat. regul.*
*lib. 6. in c. ex transmiſſa. de for. compet.* quorum,
ut a pontificibus profectorum, major ſit quam
horum, utpote à privatis conſcriptorum autori-
5 tas. † Contra alii negant, clericum in feudo ſuc-
cedere. Affl. ct. *in c. 1. de mil. Vaſ. qui arm. depoſ.*
*& in d. §. qui clericus.* Sonsbec. *de feud. part 11. n.*
*115.* Vult. *d. cap. 9. num 67. verſ. ac ne ſine ratio-*
6 *ne.* † Pro hac opinione affertur textus juris Feud.
expreſſius, qui eſt in *cap. 1. §. ex hoc illud. de feud.*
*fœm. 2. F. 30.* ubi auctor illius cap. dicit, cleri-
cum nullo modo ſuccedere debere, & in *cap. 1.*
*in f. an mut. ſurd. vel. al. imperf. 2. F. 36.* Et ratio
eſt, quod nemo militans Deo ſecularibus ſeſe
negociis implicare debeat. *c. placuit. 21. q. 3.* Fal-
lit ſecundum quoſdam iſta opinio in clerico,
qui eſt minoris tantum tonſuræ, qui in feudo
ſuccedit. Curt. *part. 3 de feud. verſ decimò quæro.*
Sonsbec. *de feud part. 9. num. 115.* Hanc negati-
vam opinionem communiter eſſe receptam re-
fert Schneid. *de feud. part. 6. cap. 2. de ſucceſſ. de-*
*ſcend. num. 23.* eamque ceteris veriorem magis-
que communem Dominis Cameralibus viſam
eſſe teſtatur Mynſ. *cent. 5 obſerv. 48. n. 8.* Haſce
diſſidentes opiniones alii ita conciliant, ut pri-
or obtineat de æquitate, poſterior verò de ſtri-

ⓒto jure, Gothofr. *in not. ad tit. 1. lib. 1. Feud. §. hoc quoquè* Tertiò non deſunt, qui in hac quæſti- 7
one diſtinguunt hoc modo: aut feudum eſt talis naturæ ſeu qualitatis, quod ſervitium pro eo debitum æquè præſtari poſſit per clericum, ſive Monachum, ſicut per ipſum Vaſallum: ut quia ſervitium eſt reale, puta annuus cenſus pecuniæ, vel alterius rei, vel etiam perſonale quod tamen honeſtè vel per ſe vel per ſubſtitutum, ſi impedimentum intervenerit, præſtare clericus, vel Monachus poterit, & tunc ſuccedat: Aut feudum non eſt talis naturæ, & tunc excluditur à ſucceſſione. Priori caſu ceſſat ratio Legis impedientis ac prohibentis, clericos feudum retinere, nimirum illa, quod bèneficium no pertineat ad eum, qui non debet gerere officium ut *in c. 1. de mil Vaſ. qui arm. bell. depoſ.* Ita Martin. Laud. *in c. 1. de his qui feud. dari poſſ.* Bald. *in auth. niſi rogati. C. ad Trebell.* Archidiac. *in c. ſi mulier. 19. q. ult.* ubi volunt, juxta hanc diſtinctionem intelligendos eſſe textus contrarios ſupra pro prima opinione citatos. Hartm. Piſtor. *d. quæſt. feud. 33. num. 23. & alii ibid.* Garſ. Maſtrill. *in addit. ad Petr. de Gregor. tract. de conceſſ. feud. part. 4. quæſt. 7. lit. c.* † Inter has diſcrepantes opini- 8
ones arridet illa, quæ ſecundo loco adducta fuit Nempe quod clerici ut inidonei ad ſervitiorum feudo annexorum præſtationem ad ſucceſſionem feudalem admitti non debeant, licet

per

ſalis præcedens verbum, denotans potentiam, ſignificat quandam impoſſibilitatem & neceſſitatem præciſam. *L, non poteſt. ff. de furt, l, nemo poteſt. ff. de legat.* 1.

## CAP. LXXXVII.

## NUM EQUITES HIEROSOLYMItani, Rhodienſes, Melitenſes, Teutonici & ſimilium ordinum, ad ſucceſſionem Feudorum admitti debeant.

Summaria.

1 *Prædicti equites retinent feuda & ſuccedunt in illis ſecundum aliquos.*
*Quia arma non depoſuerunt. num.* 2.
3 *Alii volunt iſtos milites non admittendos eſſe ad ſucceſſionem feudalem.*
*Quia ſunt perſonæ religioſæ num.* 4.
5 *Secundum varias Ordinum leges & conditiones totum hoc dijudicandum eſſe alii cenſent.*

QUid de ſucceſſione illorũ, qui ſacro cuidã militũ ordini nomina dederunt, & quandoq; cruciferi, quandoq; milites Rhodii, quandoq; Hieroſolymitani, quandoq; ſecundũ varia Ordinũ nomina aliter appellãtur, ſentiendũ ſit, variæ apud FF. extant opiniones. † Et quod hi 1
feudũ retineãt, & in feudo ſuccedere poſſint, volunt Bald. Alvar. Præpoſ. Matth. de Afflict. & alii

quos citat Hartm. Piſtor. *qu. feud.* 33. *num.* 22. Curt. *de feud. part.* 3. *qu.* 10. Jacobin. de S. Georg. *in ſua inveſtit. in verb. dictiq; Vaſalli promiſerunt. num.* 53. Sonsb *de feud. part.* 9. *num.* 115. *verſ.*
2 *fallit ſecūdo* Roſenth *de feud. cap.* 7. *concl.* 77. † Illorum ratio eſt, quoniam iſti equites non depoſuerunt arma, imò DEo ſerviunt in militia contra infideles. Non itaque ad eos pertinere poterit titulus, *de mil. Vaſall, qui arm. bell. depoſ.* ceſſante præſertim ratione etiam ejuſdem. Ideò Abbas *in rubr. de regular.* dicit, quod iſti milites ſint impropriè relligioſi. Idem *in c. quamvis, de Decim.* appellat eos, quaſi religioſos. Ergò cum non deſinant eſſe milites poterunt ſuccedere, & feudum acquiſitum retinere. Quam ſententiam conſuetudine Pedemontii & Montis ferrati receptam reſpondit Nevizan. *conſil.* 30. *num.* 4. quem refert Vult. 1. *Feud. cap.* 9. *num.*
3 67. *verſ. de Equitibus.* † Nonnulli concludunt, hos milites ad ſucceſſionem feudi admittendos non eſſe. Ita Brun. Rub. Cravetta & alii quos allegat Piſtor. *d. qu.* 33. *num.* 22. & Vult. *de loco.* Guer. Piſ. Soac. *in prælud. Feud. cap.* 33. *num.* 2. Fachin. *lib.* 7. *contr. cap.* 36. ubi & ad contraria
4 reſpondet. † Propterea, quod certum ſit, hoſce milites eſſe perſonas religioſas, DEoque dicatas per *cap. quamvis de Decim.* neque Domino juramentum fidelitatis, neque fidelitatem obſequii, neque obſequium ſervitii pro forma feudorum

dorum tradita *in lib. 2. tit. 5. & duob. ſeqq.* præſtare poſſe. Profitentur enim caſtitatem, paupertatem & obedientiam, quę tria ſunt ſubſtantialia veræ & regularis religionis. *c. cum ad monaſterium de ſtat. monach. & can. regul.* Ideò non ſecus de his quàm de clericis aſſeverandum cẽſent. Et licet iſti milites arma bellica non depoſuerint, non tamen illis uti poſſunt pro aliis, quã pro fide cõtra infideles. Pro confirmatione hujus ſententię adducitur id, quod legitur in libris ſuarum conſtitutionũ (uti ſcribit & notat Soacus ante citato loco) *cap. 12. in tit. de fratrib. & in cap. 25. in titul. de inhibit. & pœn.* ubi cavetur, quod alicui dictorum fratrum non licet aliquo modo ſe homagio, confœderatione, aut juramento adſtringere alicui perſonæ ſine ſui magni magiſtri licentia, & *c. 28.* inhibetur, ne ſe implicent bellis Chriſtianorum. Ergò nõ poſſunt ſuccedere in feudo, cujus occaſione præſtatur juramentum. Niſi forte in quibuſdam locis id conſuetudine receptum, aut eorumdem juribus illis non denegatum fuerit, quo reſpectu à prædictis juris regulis recedendũ erit. † Alii 5
rectiùs exiſtimant, totum hoc dijudicandum eſſe juxta varias ordinum leges & conditiones. Quæ ſi obſtaculo non ſint, quo minus ea præſtare poſſint Domino, quæ in juramento fidelitatis continentur. *c. 1. de nov. form. fidel.* tùm ſanè ad ſucceſſionem ſunt admittendi. Si verò tàm

duris eſſent devincti legibus, ut ea quæ à Vaſallo juramentum fidelitatis exigit præſtare omnino non poſſint, tum ſanè, quia eadem ſubeſt ratio, quæ clericum à feudi ſucceſſione removet, ad feudi ſucceſſionem non ſunt admittendi. Hart. Piſtor. *d. quæſt. 73. num. 23.* cujus diſtinctionem approbat & ſequitur Herman. Vulteius. *in d. c. 9. num. 67.*

## CAP. LXXXVIII.

## UTRUM DOMINUS CENSEATUR Vaſallo ingratitudinem remiſiſſe, ſi ſervitia ab ipſo recipiat.

Summaria.

1 *Affirmativa ſententia communis eſt. Declaratur num. 4.*

2 *Injuria nudâ voluntate remitti poteſt.*

3 *Dominus in amore cum Vaſallo ſtans, caducitatem feudi Vaſallo remiſiſſe cenſetur.*

5 *An proteſtatio Domini de jure ſuo conſervando ſibi proſit, quando ſub illâ ſervitia recepit.*

*Affirmant nonnulli. num. 6.*

*Contrarium verius eſt. num. 7.*

VTilis ſanè quæſtio eſt! Num Dominus feudi recipiens ſervitia à Vaſallo cenſeatur ipſi remittere caducitatem, quam prius incurrerat? † ita voluit gl. *in c. un. verb. & menſem. quo*

*temp.*

*temp. mil. inveſt. pet. deb.* Quam gloſſam Dd. communiter ſequi atteſtatur ibi Alvar. & Clarus *in §. feudum. quæſt. 63. & quæſt. 49. num. 10.* Schneid. *in §. fin. n. 4. Inſt. de injur.* Jacob. de S. Georg. *in verb. qui quidem inveſtiti. n. 38.* Borch. *c. 8. de feud. n. 24.* per rationem † quia nuda vo- 2
luntate injuria remitti poteſt. *§. fin. Inſtit. de injur. l. ſed ſi unius. 17. §. ſi ante. 6. verſ. nam ſi non ſolus, & l. non ſolum 11. §. 1. ff. eod. l. ſi uxor. 13. §. fin. ff. de adulter. l. in ipſius 5. C. fam. Erciſ.* Weſ. *in π. ff. de injur. n. 13.* Gomez. *var. reſolut. tom. 3. c. 6. n. 15.* † Sic Dominus caducitatem feudi Vaſal- 3
lo remiſiſſe intelligitur, ſi in amore cum eo ſtet. *C. un. §. ſi quis autem. Conſtit. Henr. Imp. de cauſ. feud. amit. lib. 5. Feud.* Petr. Frider. *in proceß. lib. 1. cap. 27. n. 8.* † Procedit verò hæc concluſio 4
noſtra, cum dominus ſciens Vaſallum culpam privatione feudi dignam commiſiſſe, ſervitia à Vaſallo receperit. Quod ſi Dominus juſta ignorantiâ lapſus ſervitia à Vaſallo exegerit, ſibi non præjudicat. Quia ignorantis nulla eſt voluntas, & nemo juri ſuo, quod ignorat, renunciare videtur. *L. mater decedens 19. ff. de inoffic. teſtam. l. nec ignorans. 10. C. de donat. l. qui cum tutoribus. 9. §. qui per fallaciam. 2. ff. de transact. L. ſi per errorem. 15. ff. de juriſd. omn. judic.* Jacobin de S. Georg. & Borchol. *dd. locis.* Idem eſſe, ſi dominus dubitaverit, aſſerit Jacobin. quia idem de dubitante, quod de errante judicamus, *L. fin. C.*

*de cond. indeb. L. fin. §. ſin autẽ neſcius, 4. C. de furt.*
5 Weſemb. *in par. ff. de condict. indeb. n. 9.* † Quid
ſi ſub proteſtatione Dominus ſervitia recepit,
6 & de jure ſuo conſervando proteſtatus eſt? † Dicunt aliqui, ſi dominus caducitatem ſciens recipiendo ſervitia à Vaſallo fuiſſet proteſtatus, quod ſalvum eſſet jus ſuum. Nam tunc pœnam commiſſionis remiſiſſe non videtur. per *L. non exigimus 2. à princ. ff. ſi quis caut. jud. ſiſt. & l. centum Capuæ. 8. ff. de eo quod cert. loc.* per verba enim (Salvo jure noſtro) dominus videtur proteſtari, quod nolit remittere pœnam privationis & commiſſionis. Ita volunt Jacob. de S. Georg.
7 & Julius Clarus in locis citatis. † A quorum opinione recedo, quia proteſtatio ejuſmodi facto contraria nihil proteſtanti prodeſt. *c. cum M. Ferrarienſis. de conſtitut.* Sylvan. *de feud. recogn. quæſt. 81.* Weſemb. *in par. ff. de injur. n. 13.* Borch. *d. c. 8. n. 27.* Coras *in l. ſi tam anguſti 13. n. 10. ff. de ſervitut.* *per L. cum in plures. 60. §. locator. 6. ff locat. & c. ſollicitudinum de appellat.* vide Schrad. [illegible] *com. Feud. 2. part. 9. pr. ſect.* 14. *num.* 31. *verſ.* [illegible] *ſimo primo concludo.*

*FINIS.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE